liter bona ex eo dicuntur, quòd beant, hoc eſt, beatos faciunt. beare, eſt prodeſſe.[a] In bonis autem noſtris computari ſciendum eſt nõ ſolùm quæ dominij[b] noſtri ſunt: ſed & ſi bona fide[c] à nobis poſſideantur, vel ſuperficiaria ſint. Æquè bonis[d] adnumerabitur etiam ſi quid eſt in actionibus, petitionibus, perſecutionibus. nam hæc omnia in bonis eſſe videntur.[e]

L. IDEM *libro ſexagenſimoprimo ad Edictum.*

NVrus[f] appellatio etiam ad pronurum & vltra porrigenda eſt.

LI. GAIVS *libro vicenſimotertio ad Edictum Prouinciale.*

APpellatione[g] parentis non tantùm pater, ſed etiã auus, & proauus, & deinceps omnes ſuperiores continẽtur: ſed & mater, & auia, & proauia.

LII. VLPIANVS *libro ſexagenſimoprimo ad Edictum.*

PAtroni appellatione & patrona continetur.[h]

Oratio coniuncta ponitur pro diſiuncta: niſi iuris diſpoſitio aliàs repugnet. diſiuncta verò poſita inter genus & ſpeciem, ponitur pro coniuncta. ſoluta verò in illam reſoluitur ad quam facti qualitas & iuris diſpoſitio adaptatur. Bartolus.

LIII. PAVLVS *libro quinquagenſimonono ad Edictum.*

SÆpe ita comparatum[i] eſt, vt cõiuncta pro diſiunctis accipiantur, & diſiuncta pro coniũctis: interdum ſoluta[k] pro ſeparatis. nam cum dicitur[l] apud veteres,[m] *Adgnatorum*[n] *gentiliúmque*:† pro ſeparatione accipitur. at cum dicitur: *Super pecuniæ*[o] *tutelæve*[p] *ſuæ*:[q] tutor[r] ſeparatim ſine pecunia dari non poteſt. & cum dicimus:[s] *Quod dedi aut donaui*: vtraque continemus.[t] cum verò dicimus,[u] *Quod eum dare facere oportet*: quoduis eorum ſufficit[x] probare. cum verò dicit prætor: *Si donum, munus,*[y] *operas*[z] *redemerit*:[a] ſi omnia[b] impoſita ſunt, certum eſt omnia redimenda eſſe.[c] Ex re[d] ergo pro coniunctis habentur. ſi quædam[e] impoſita ſunt: cætera non deſiderabuntur.[f] Item dubitatum, illa verba, *Ope, conſilio,*[g] quemadmodum accipienda ſunt: ſententiæ[h] coniungentium,[i] aut ſeparantium.[k] Sed verius eſt (quod & Labeo ait) ſeparatim accipienda: quia aliud factum eſt eius qui ope, aliud eius qui conſilio furtum[l] facit. ſic enim alij cõdici poteſt:[m]

† Gentiles qui ſint, Cic. in Topic. in loco à definitione.

a *Prodeſſe.* & quod prodeſt, beat: ſed ciuiliter etiam ſi non beant, tamen bona dicuntur, vt modò dixi.

b *Dominij.* hæc naturalis eſt appellatio: vel dic, etiam ciuilis, ſi cũ incommodo ſunt, vel non afferunt cõmodum. & fa. ſupra de acqui.re do.l.rem in bonis.

c *Bona fide.* hæc ciuilis. vel dic etiam naturalis, quatenus proſunt.

d *Æquè bonis.* id eſt ciuili appellatione bonorum. Azo. vel etiam naturaliter in eo ꝙ beant. & facit ſupra de actio. & obliga.l.actio in perſonam.

e *Videntur.* ſubaudi ciuiliter.

f NVrus. Pone exẽplum: legata nõ debentur nurui rupto teſtamento per contra tab. nec ergo pronurui: vt.ſ̃.de leg.pręſtan.l.virilis.§.nurus. Item pone.ſ̃.de poſtu.l.j.§.fin. & l.cui.§.affinitates. & fa.j̃.eo.l.generi.&.l.ſoceri. Item pone exemplum.ſ̃.de do. inter virum & vxo.l.iij.§.ab vxoris.&.§.ſocrui.

g APpellatione. Non vocatur parens in ius ſine venia: quod nomẽ parens, comprehẽdit ſuperiores vtriuſque ſexus in infinitum: vt hic, & ſupra de in ius vo.l. quíque.§.prætor.&.§.parentes. & hoc ex interpretatione: ſecus ex vocabuli ſignificatione: vt ſupra de gradi.l.iuriſconſultus.§.parẽtes. quę eſt contra. at appellatione patris nõ cõtinetur auus: vt.ſ̃.de ritu nup.l.in lege.in princ.&.§.non autem obeſt. ſed eſt arg. contra infra eo.l.iuſta interpretatio.

h PAtroni. Continetur. hoc ex eo, quod maſculinum cõcipit fœmininum: vt ſupra.e.l.deteſtatio.§.ſerui. &.ſ̃.e.l.liberti. & l.pronuntiatio.in prin. ſed contra.ſ̃.de ope. li.l.ſi cum patronus. vbi dicitur ꝙ patronus conſentiendo libertę vt nubat, amittit petit. operarum. nõ ſic in patrona. ſed ibi ſpeciale: & redditur ibi ratio in fi. quia non indecore præſtantur patronæ.

i SÆpe ita comparatum. aliàs computatum: & aliàs compertum: id eſt recitatum, & dictum. & no. quòd tria dicit: & exemplificat per ordinem.

k *Soluta.* Solutæ orationes ſunt, in quibus cõiunctio non eſt copulatiua, vel diſiunctiua, vel alia: & quidem quãdoque pro ſeparatis, id eſt diſiunctis accipiuntur: vt infra ibi, cum vero dicimus. quandoque pro coniunctis, licet hoc non dicatur hic: vt.j̃.§.cũ vero.dixit.P. quòd ſi non appareat, ex mente proferentis accipitur: vt ſupra eo.l.alienationis.§.oratio.

l *Nam cum dicitur.* exemplũ primi. & dic, gentilium, id eſt cognatorũ. ſic ponitur ſupra de proba.l.j. & ſupple hic ſic. hereditas defuncti agnatorum gentiliúmque. ponitur hic, que, pro ſeparatione, id eſt diſiũcta. non enim agnati cum cognatis admittũtur: ſed poſt ſuos admittuntur agnati: & tertiò cognati: vt.ſ̃.ſi ta.teſt.nul.ex.l.j. & quis ordo in bo.poſ.ſer.l.j. ſunt & alia exempla vbi coniuncta pro diſiunctis accipiuntur: vt.ſ̃.eo.l.coniunctionem. bene dico coniunctam pro diſiuncta poni: non tamen ſemper, ſed proprie ponitur pluries: & hoc ſubiicit, at cum dicitur &c.

m *Apud veteres.* ſcilicet leges veteres. de iure enim nouo ſublata eſt differentia agnationis & cognationis: vt in authen.de here. ab inteſt.§.ex his.

n *Adgnatorum.* iſta verba materialiter ponuntur.

o *Super pecuniæ.* & hoc materialiter.

p *Tutelæve.* ſupple liceat alicui condere teſtamentum: tunc talis oratio accipienda eſt proprie ſcilicet pro coniuncta: quia tutor non datur niſi in teſtamento, vel codic.teſt.confirmatis: vt ſupra de tu.l.iij. oportet igitur heredem inſtitui. & ita de pecunia, id eſt de bonis (cum appellatione pecuniæ & res contineantur: vt.C.de conſti.pe.l.ij.in fi.) teſtari oportet vt teneat datio tutoris. ſed contra teſtamentum bene teneret ſine tutela: vt inſtitu. de leg.ag. tu.§.j. vel ideo dicit pecuniæ tutelæve, quia non poteſt dari tutor, quin detur perſonę & rebus: perſonæ tamen principaliter: vt inſtit. qui da. tu.poſ.§.certe. & de excu.tu.§.datus. & ſupra de teſta. tu.l.certarum. & l.ſeq.

q *Suæ.* ſ.pupilli. paſſiue: vel dic ſuæ. ſ. teſtandi, actiue: qui eam dat.

r *Quia tutor.* nũc reſpõdet.

ſ *Et cũ dicimus.* hoc eſt exemplum ſecundi.

t *Continemus.* id eſt ex cauſa donationis dedi. & ita diſiuncta pro cõiuncta ponitur. ſic.ſ̃.de au. & ar.le.l.Quintus.§.fina. & C.de inſtitut. & ſubſti.l.generaliter. in princ. & de epiſc. & cle. authẽ. ſed nouo. ſignata ſuper.l.ſi quis in hoc.

u *Cum vero dicimus.* exẽplũ tertij, vbi ſoluta ponitur pro diſiuncta. & dic, quod eum dare facere oportet: quòd iudex ſic in ſententia dixerit: cõdemno Titium in id quod eum dare facere oportet. cum tamẽ certa ſit quãtitas vel factum, & in aliqua parte geſtorum comprehẽſa: aliàs non teneret hæc ſententia: vt.C.de ſen. quæ ſine cer. quanti.l. hæc ſententia. vel pone in contractu: vt ſupra de verbo.oblig.ſi à colono. & l.ſi ſtipulatus.§.cum ſtipulamur.

x *Quoduis eorum ſufficit.* ſiue aliquid debuit dari, aut fieri. ac ſi diceret, promittis quicquid aut dari aut fieri &c. & ita ſoluta pro diſiuncta ponitur. ſic ſupra de le. & ſe.l.legis. & econtra quandoque pro coniuncta: vt hic ſubiicit, cum vero dicit. ſic ſupra de au. & ar.leg.l.ſi quis ita.

y *Donum munus.* in quo hæc diſcrepent, habes.j̃.e.l.inter donum.

z *Operas.* ſcilicet diurnas.

a *Redemerit.* ſcilicet libertus à patrono, remoueatur patronus à contra tabu. vt ſupra de bo.liber.l.Iulianus.

b *Si omnia.* & ſic pro coniuncta.

c *Eſſe.* vt à contra tabu. remoueatur.

d *Ex re.* vel dic, aliàs ex re. id eſt impoſitione rei vel facti. aliàs ex re, id eſt à patrono. vel dic ex re. id eſt veritate.

e *Si quædam.* vt munus tantum.

f *Non deſiderabuntur.* ſcilicet quæ nõ ſunt impoſita: vt ſcilicet redimantur. ſed ſufficit redimi quæ ſunt impoſita: vt à contra tabu. remoueantur.

g *Illa verba, ope conſilio.* forte talia erant verba in libris antiquis: ope & conſilio alicuius furtum factum puniatur in duplum vel quadruplum. & hoc materialiter. Azo.

h *Ex ſententia.* alias ſententiæ. & ſupple an ſint accipiendæ ſententiæ coniungentium, id eſt eorum qui coniunctim dicebant orationem poni, aut contra &c.

i *Coniungentium.* & ſic coniungenda.

k *Separantium.* & ſic ſeparanda.

l *Furtum facit.* ſcilicet per alium.

m *Cõdici poteſt.* puta ei qui tulit opem, poteſt cõdici: ei qui cõſiliũ præbuit, non: vt inſti.de ob.ex deli.§.ope. &.ſ̃.de fur.l.qui ſeruo. ſed videtur etiam qui tulit opẽ, nõ teneri condictione furtiua: vt ſ̃.de cõdi.fur.l.proinde. quæ eſt contra. Sol. appellatur hic condictio.ſ.certi generalis. Ibi condictionẽ furtiuã negat cõpetere. vel

alij non poteſt. Et ſanè [a] poſt veterum auctoritatem eò peruentum eſt, vt nemo ope videatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit, nec conſilium [b] habuiſſe noceat, niſi & factū [c] ſecutū [d] fuerit.

LIIII. VLPIANVS *libro ſexageſimoſecundo ad Edictum.*

CONditionales creditores [e] dicuntur & hi quibus nondum competit actio, eſt autē competitura: [f] vel qui ſpem habent vt competat.

B

LV. PAVLVS *libro ſextodecimo breuis Edicti.*

CReditor autem is eſt, qui exceptione perpetua [g] ſummoueri non poteſt. [h] Qui autē temporalem exceptionem timet, [i] ſimilis [k] eſt conditionali creditori.

LVI. VLPIANVS *libro ſexageſimoſecundo ad Edictum.*

COgnoſcere [l] inſtrumenta, eſt relegere, & recognoſcere. Diſpungere eſt conferre [m] accepta & data. Liberorum [n] appellatione continentur non tantùm qui ſunt in poteſtate, [o] ſed omnes [p] qui ſui iuris ſunt: ſiue virilis, ſiue fœminini ſexus ſunt, éxve fœminini ſexus * deſcēdentes. [q]

C

LVII. PAVLVS *libro quinquageſimonono ad Edictum.*

CVi † præcipua cura rerum incumbit, & qui magis quàm cæteri [r] diligentiam & ſolicitudinem rebus quibus præſunt debent, hi magiſtri [ſ] appellantur: [t] quinetiam ipſi magiſtratus per deriuationem à magiſtris cognominantur. [u] vnde etiam cuiuſlibet diſciplinæ præceptores, magiſtros appellari, [x] * à monendo vel monſtrando.

Perſequi [y] videtur & qui ſatis accepit. [z]

LVIII. GAIVS *libro viceſimoquarto ad Edictum Prouinciale.*

LIcet inter † geſta & facta videtur [a] quædam eſſe ſubtilis differentia: attamen καταχρηστικῶς nihil inter factum & geſtum intereſt. Paternos [b] libertos rectè videmur dicere noſtros libertos: liberorum [c] libertos, non rectè noſtros libertos dicimus.

LIX. VLPIANVS *libro ſexageſimooctauo ad Edictum.*

POrtus appellatus eſt concluſus [d] locus quo importantur merces, & inde exportantur: eáque nihilo minus ſtatio eſt concluſa, atque munita. [e] inde angiportum [f] dictum eſt.

LX. IDEM *libro ſexageſimonono ad Edictum.*

dic dari condic. id eſt perſonalem actionem. ſ. furti: ſicut ponitur inſtit. de act. §. ſic itaque. vbi denegat condic. furti. vel tertio, hic quoquo modo deuenit res ad eū qui tulit opem, ibi non. & potes hic breuiter dicere. generale eſt vt quis de conſilio non teneatur: vt. ſ. manda. l. ij. §. fi. niſi aliàs non erat ille facturus: vt in eo. titu. l. ſi remunerandi. §. ſi tibi man. in fi. §. & hoc ſi nō eſt fraudulentum. tunc enim eſt obligatorium: vt. j. tit. j. l. conſilij. & . ſ. de dol. quod ſi cum ſcires. Sed ac. fur. licet ſit fraudulentum, locū nō habet: vt in princ. huius glo. niſi aliàs nō erat ille facturus furtum. ar. ſupra de iniu. l. nō ſolum. §. ſi mādato. & . ſ. de fur. l. ſi quis vxori. §. neque. quandoq; tamē ex ſolo conſilio tenetur quis: [a] licet ille aliàs erat facturus, vt in conſilio dato ſeruo: vt. C. de fur. ſi qs. & ſupra de ſer. cor. l. j. §. perſuadere. ſi autem opem & conſilium ſimul adhibuit furto, tunc tenetur, licet ille aliàs erat facturus: & licet conſiliū non habuerit principaliter, dum tamen ſecūdario: vt & . ſ. de fur. l. ſi pignore. §. pe. & inſtitu. de oblig. ex deli. §. ope. & ſupra de fur. l. in furti actione. §. ope. & §. recte. Accur.

a] Quod eſt verū ſecuto furto: aliàs nō: vt notaui in. l. qui ſeruo. in apoſtil. 1 verbo, ex ſolo conſilio. ſup g] in verbo admittit. ſ. de fur.

a *Et ſanè.* nunc contradicit prædictis.

b *Nec conſilium.* ad hoc vt teneatur.

c *Et factum.* ſ. furtum.

d *Secutū.* vel ab eo, vel alio: vt ſupra de fur. ſi is qui. §. ſi tu Titium. & . l. qui ſeruo. cum ergo hic finis cōtradicat Labeoni: aut dicam Labeonē male dixiſſe: aut, quod melius eſt, vtrunque admittam: cum vnum alij non ſit contrarium. vtrunque enim interuenire oportet vt ſit furtum, & agatur furti: & ſecundum hoc coniunctim ponuntur: vt hic in fi. ſed cum diuerſa ſint dare conſilium, & ferre opem: ſeparatim ſecundum Labeonem ſunt accipienda: vtpote cum alterum ſine altero eſſe poſſit: imò nunquam ſimul ſunt cum ſemper præcedat conſilium, & ſequatur opera. & ſecundum hoc Labeo ſoluit ſignificationem verborum, dicens eam ſeparatam & diuiſam. veteres vero effectum agendi conſiderauerunt: & ſic vtrunque eſt opus: & ſic coniunctim intellexerunt. patet ergo ex prædictis, quòd coniuncta ponitur pro diſiuncta. Item proprie. Item diſiuncta pro coniuncta. Item ſoluta pro diſiuncta. Item etiam pro coniuncta. Item ſoluta quo ad quid pro coniuncta: quos caſus. vij. hic lege per ordinem.

* fœminino ſexu.

D

e *COnditionales creditores.* de his dixi ſupra eod. l. creditores.

f *Competitura eſt.* quantum ad ſpem: vt inſtit. de verb. obli. §. ex conditionali. & eſt competitura in euentum conditionis.

g *CReditor. Perpetua.* facti pacti de non agendo in perpetuum.

h *Non poteſt.* vt. j. eo. l. debitor. & . j. titu. j. l. ſi quis obligatione. §. non poteſt. & ſupra de act. & obli. is cui. §. fi.

i *Exceptionem timet.* vt. j. pacti facti de nō petēdo vſq; ad annum.

k *Similis eſt.* quia ſicut vnus expectat diē. ſic alter condit. ſed differunt in aliquo: vt infra eo. l. cedere. Item quantum ad cōdictionem indeb. vt. ſ. de cōdic. indebi. l. ſufficit. vel dic, ſimilis eſt conditionali creditori, cum conditio eſt omnimodo extitura.

l *COgnoſcere.* Pone exemplum vtriuſque verbi. ſ. cognoſcere & diſpungere: vt habes ſupra de bo. aucto. iudi. poſſid. l. fi.

m *Conferre.* & poſt collationem cācellare quod redditum vel impenſum inuenitur: vt ſupra de diuer. præſcr. l. in omnibus. §. reip. & de re mili. l. ex cauſa deſertionis. & de ſtatulibe. l. ſi ſtatulibera pœnæ. §. fina.

A

n *Liberorum.* Pone exemplum ſupra de polli. l. pe. vbi dicit extraneum heredem inchoantis opus teneri in quintam patrimonij, ſi nolit perficere opus inchoatum. ſed eum qui eſt ex numero liberorum, teneri in decimam, ſi non vult complere opus.

o *In poteſtate.* ſcilicet parentum.

p *Sed omnes.* etiam naturales. ſ. ad Treb. l. ex facto. §. ſi quis. & fa. j. e. l. liberorum. & ſupra de in ius vo. l. ſed ſi hac le. §. liberos. Sed arg. contra. ſ. de iu. immu. l. j. §. perſonis.

† Vul. quibus præcip.

q *Deſcendentes.* vt nepotes ex filia: vt. C. de condi. inſer. l. j. & ſupra qui ſatiſda. cog. l. ij. §. prætor. ſed appellatio filiorum magis ſtricta eſt: vt inſtit. qui da. tu poſ. §. fi. licet ſit contra. j. eod. l. filij. ſed ibi ſolues.

* appellamus.

r *CVi. Cæteri.* diſcipuli.

ſ *Magiſtri.* id eſt magis quàm diſcipuli adſtricti. [b]

† Alcia. lib. 1. diſpunc. cap 4.

t *Appellantur.* vt magiſtri ſocietatum: vt ſupra de pact. l. item magiſtri. & etiam legum: vt ſupra de arbi. l. qualem. §. fi. Item liberalium ſtudiorum: vt. C. de profeſ. & medi. l. magiſtros. Item cuiuſlibet mechanicæ artis: vt ſtatim dices ibi, vnde cuiuſlibet &c. & not. hic, exigi in docente ſolertiam. Exigitur etiā fides & ſcientia: vt inſtitu. in proœmio. §. quorum omnium.

b] Adde qui dicātur magiſtri: & in quo à doctore differat: glo. & Car. in cle. 1. de magiſt. Hoſtien. in ſum. eo. §. 1.

u *Cognominantur.* quia ad ipſos pertinet ſolicitudo reipubli. magis quàm aliis: vt hic, & . ſ. ex qui. cau. ma. l. & qui data. in fin. & . l. ſequen.

x *Appellari.* & ſic Bonon. dicunt.

y *Perſequi.* id eſt conſequi quod ſuum eſt, vel ſibi debitum. & pone exemplū ſupra de pig. act. l. ſi rem. §. omnis. & qui. mo. pig. vel hypo. ſol. l. item liberatur. §. j.

z *Satis accepit.* fideiuſſorem puta, vel pignus. vel dic, perſequi, quo ad hoc vt conuentus ſit in mora: vt ſupra de peti. heredi. l. diuus. §. diuus.

a *LIcet. Videtur.* Sed quæ? Reſpon. facere, plura continet. nam iudicare: vt infra eod. l. verbum facere. Item non facere: vt infra eo. l. facere oportere. aliàs incipit, facere non oportere. Item etiam verbis contrahere: vt ſupra de cura. bo. dan. l. de curatore. circa princ. quæ non continet gerere: cum gerere ſit aliquid facere etiam ſine verbis: vt infra eo. l. Labeo. in fin. quod ergo hic dicit, nihil intereſt, ſtricte accipitur facere: vt infra eo. l. faciendi verbo.

Facere, & gerere, differunt.

b *Paternos.* pone exemplum vt. ſ. de repu. l. nullum. item & ſupra de in ius voc. l. ſed & ſi. §. ſin autem. Idem de maternis: vt ſupra de excu. tut. l. libertum.

c *Liberorum.* ſcilicet noſtrorum (ſi non habes in textu) non dicimus noſtros: vt hic, & ſupra de iure pa. l. ſeruum à filio. quod accipe, cum ex peculio caſtrenſi ſeruū manumiſerit: aliàs non: vt ſ. qui & à quib. l. ſi quis hac lege. §. j. & ſic ſoluta eſt quæſtio quare. vel eſt ratio quia etiam viuo patre eſt filij: vt ſupra de libe. & poſthu. l. in ſuis. item nec libertum liberti, noſtrum dicimus: vt. j. eo. l. Modeſtinus.

d *POrtus. Concluſus.* id eſt locus vbi rates morantur & ſtant. Azo.

e *Munita.* id eſt non minus quàm ſi in ſtatione eſſent: vt ſupra de flu. l. j. §. ſtationem. Azo.

f *Angiportum.* i. ſtrictus portus. vel. i. parua porta ciuitatis, quæ

portula

LOcus eſt non fundus, [a] ſed portio aliqua fundi: [b] fundus autem integrum aliquid eſt. & plerumque [c] ſine villa locum accipimus. Cæterum adeò opinio noſtra & conſtitutio locum à fundo ſeparat, vt & modicus locus poſſit fundus dici, ſi fundi animo eum habuimus. Non etiam * magnitudo locum à fundo ſeparat, ſed noſtra affectio: & quælibet portio fundi poterit fundus dici, ſi iam hoc conſtituerimus. [d] Nec non & fundus locus conſtitui poteſt. nam ſi eum [e] alij adiunxerimus fundo, locus fundi efficietur. Loci appellationem nõ ſolùm ad ruſtica, verùm ad vrbana quoque prædia pertinere Labeo ſcribit: ſed fundus quidem ſuos habet fines: [f] locus verò latere poteſt quatenus determinetur & definietur.

Vocabulo ſatiſdationis continetur aliquando repromiſſio quæ fit ſine fideiuſſore. & gloſ. ponit exemplum in ſatiſdatione iudicatum ſolui.

LXI. PAVLVS *libro ſexageſimoquinto ad Edictum.*

SAtiſdationis [g] appellatione interdum etiam repromiſſio cõtinebitur, qua [h] contentus fuit is cui ſatiſdatio debebatur.

LXII. GAIVS *libro viceſimoſexto ad Edictum Prouinciale.*

TIgni [i] appellatione in lege duodecim tabularum omne genus materiæ ex qua ædificia conſtant, ſignificatur.

LXIII. VLPIANVS *libro ſeptuageſimoprimo ad Edictum.*

P*Enes te*, † amplius [k] eſt quàm *apud te*. nã apud te [l] eſt, quod qualiterqualiter à te teneatur: penes te eſt, quod quodammodo poſſidetur. [m]

Qui teſtamentum fecit, & eius hereditas non eſt adita: dicitur inteſtatus decedere, ſicut qui teſtamentum non fecit.

LXIIII. PAVLVS *libro ſexageſimoſeptimo ad Edictum.*

portula dicitur in vulgari: & fit mentio portus, vt ſic expoſitione egeamus ſupra de rerum diui.l.nemo.

a L*Ocus eſt non fundus*. totus & integer. quandoque dicitur locus etiam fundus: vt.j.eo.l.fundi.§.locus.

b *Fundi*. vrbani, vel ruſtici: vt infra.§.loci.& ſupra de aqua plu. arcend.l.j.§. apud.non rei mobilis: vt ſupra de relig.l.is qui.§.j.

c *Plerumque*. quia etiã cum vila: vt infra eo. l. fundi. in princ. & eſt villa, vilis domus.

d *Conſtituerimus*. Not. ergo quòd arbitrio fit fundus & locus: vt hic, &.s.de leg.j.l. quod in rerũ.§.ſi quis. &.l. plane.§.fin. &.s. commu. prædi.l.ſi quis.§.plane.

* nõ enim.

e *Si eum*. locum. Acc.

f *Fines*. certos & limitatos.

g S*Atiſdationis*. Pone exemplum in ſatiſdatione iudicatum ſolui: vt.s.iudi.ſolui.l. v.§. nunc videamus. & facit ſupra de præto. ſtipula.l.j.& de pig.act. l.ſi rem.§. omnis. &.j. eo.l.habere.§.cautum. & ſupra qui ſatiſda.cogan.l.j.&.C. de verbo. ſignifi.l.ſancimus.

h *Qua*. ſcilicet repromiſſione. Accur.

i T*Igni*. Pone exẽplũ.s.ad exhi.l. gemma.§.aliter.&.l.tigni. Item ſupra de tigno. iniun. l.j.& inſtit. de re. diui. §. cũ in ſuo. & de rei vindi.l.in rem. §. tigni. & facit infra eo.l.ferri.§.fabros.

k P*Enes*. *Amplius*. id eſt firmius.

l *Apud te*. vnde dicitur, depono apud te: vt ſupra depoſiti. l. ſi hominem. Item apud te eſt, quod petere potes: vt infra eo.l.id apud.

m *Poßidetur*. vel ciuiliter, vel naturaliter. ſed ſecundum hoc econtra debuit dicere. ſ. quòd plus contineat apud, quàm penes: cũ omne quod continet penes, contineat apud: ſed nõ ecõtra. ſed expone hic amplius, id eſt plus attribuit alicui, vel maius commodũ ſignificat: non quòd largius ſit, vel plura contineat.

† Vide hic Vallam lib. elegã. 6. ca. 54.

n I*Nteſtatus*. id eſt dicitur decedere inteſtatus. da exemplum in concordantiis iſtis.s.de contra tab.l.filium.§.quod ſi hi.& de teſta.tut.l.ſi nemo.& de ſuis & legi.here.l.j.& inſtit.de her.ab inteſta.in princ.vbi etiã not. ꝙ ſex modis decedit quis inteſtatus.

o *Non fecit*. vllo modo.

p H*Eredis*. Puta promittis per te & heredem tuum: vt ſupra eo.coniunctionem. & concordant infra eo.l.ſciendum. in princ.&.l.heredis appellatione.&.C. de here. inſtit.l.fin.& ſupra de petit.hered.l.iij. & de acquir.here.ſi quis.§.fin. & ſupra de iure immu.l.iiij.&.C.de lega.l. in annalibus. ſed fallit in caſibus: vt not.infra tit.j.l.qui per ſucceſſionem.

q M*Ercis*. Da exemplum ſupra de tribu.l.j.in princ.

r *Pertinet*. nec ad omnes illas: quia non ad ſeruos: vt ſupra de tribu.l.j.§.j.& infra eod.l.mercis.quæ eſt contra.

A

INteſtatus [n] eſt non tantùm qui teſtamentum non fecit: [o] ſed etiam cuius ex teſtamento hereditas adita non eſt.

LXV. VLPIANVS *libro ſeptuageſimoſecundo ad Edictum.*

HEredis [p] appellatio non ſolùm ad proximũ heredem, ſed & ad vlteriores refertur. nam & heredis heres, & deinceps, heredis appellatione continetur.

LXVI. IDEM *libro ſeptuageſimoquarto ad Edictum.*

B

MErcis [q] appellatio ad res mobiles tantùm pertinet. [r]

LXVII. IDEM *libro ſeptuageſimoſexto ad Edictum.*

ALlienatum [ſ] non propriè dicitur, quod adhuc in dominio venditoris manet: venditum [t] tamen rectè dicetur. [u]

Donationis [x] verbum ſimpliciter loquendo omnẽ donationẽ cõprehẽdiſſe videtur: ſiue mortis cauſa, ſiue nõ mortis cauſa fuerit.

LXVIII. IDEM *libro ſeptuageſimoſeptimo ad Edictum.*

ILla verba, *Arbitratu* [y] *Lucij Titij fieri*: ius * ſignificant, [z] & in ſeruum [a] non cadunt.

C

LXIX. IDEM *libro ſeptuageſimooctauo ad Edictum.*

HÆc verba, *Cui rei dolus malus aberit, abſfuerit*: [b] generaliter comprehendunt omnem dolum quicumque in hanc rem admiſſus eſt, de qua ſtipulatio eſt interpoſita.

Appellatione heredis continẽtur & heredis heredes, hoc tamen fallit in tribus caſibus. Primò in ſubſtitutione pupillari. Secundò in lege Ælia Sẽtia. Tertiò in promiſſione operarum facta à liberto patrono: quia extenditur ad filios patroni, ſi per ſe extiterũt heredes patrono: non ſi per alium: vt quia heredis heredes.

D

LXX. PAVLVS *libro ſeptuageſimotertio ad Edictum.*

SCiendum eſt, heredem etiam per multas ſucceſſiones [c]

ſ A*Lienatum*. Pone exemplũ in iure emphyteutico: vt.C.de iure emphyt.l.j. Itẽ.C.de fun.do.l.j.Itẽ fac.s.ſi cer.pet.l. ſi ſocius.& pro ſocio.l.nemo.&.s.eo.l.alienationis. Sed ar.cõtra. s.de ſtatu.l.ſtatuliber à cęteris.§.Quintus Mucius.vbi verbo vẽditionis cõtinetur omnis alienatio.ſed magis concordat ad id quod dicit, venditum tamen, &c. Itẽ facit. s. de alie. iu.l.ex hoc.§.alienare.

t *Vẽditum*. etiam ante tranſlatum dominium.

u *Dicetur*. ac per hoc periculo eſt emptoris: vt ſupra de contrahen. emp.l.qđ ſæpe.§.ſi res.

x *Donationis*. donatio genus: vt inſtit.de donatio. in rubric. circa princ.&.s. de dona.l.j. cõtinẽs etiã legatũ: vt inſtit. de lega.§.legatũ. Sed contra.s.de don.l. filiusfa.§. peri. vbi permittẽdo pater filio donare, nõ videtur cauſa mortis permittere. Sol. refert, lex loquatur permittendo vel prohibẽdo: quo caſu omne cõprehenditur: vt hic.an priuatus: & tunc non: vt ibi. Vel dic, omnis donatio cõprehẽditur, niſi illa quæ exigit ſpecialẽ conceſſionẽ. nam quæ ſpecialẽ exigit cõceſſionẽ: nõ cõtinetur generali dicto, arg.s.de procu. l. Põponius. & de min.l.illud.§.ſi talis.

* i. arbitriũ viri boni. Græci ad l. 69. de iur. dot. ideo ſeruus nõ intelligitur vir bonus.

y I*Lla verba*. *Arbitratu*. Da exemplum vt.s. pro ſocio. l. ſi ſocietatem.§.fi.&.l.ſeq.

z *Ius ſignificant*. i.ꝙ de iure arbitrium fieri debeat, hoc eſt à perſona quæ poſſit arbitrari: & ꝙ dicat vt bonus vir: aliàs reformatur: vt.d. l.ſi ſocietatem. &.s.de ope.liber.l.ſi libertus.

a *Et in ſeruum*. bene ſequitur ſi ius ſignificat, quòd ſeruus nõ poſſit eſſe arbitrator: vt.s.de verbo.obli.l.ſtipulatio iſta. §. hi. & inſtitu. de ſtipu.ſer.§. ſed cum factum. Itẽ quia ſerui ſecundum ius pro nullis habentur: vt.j.titu.j.l. quod attinet. ſimiliter nec verus arbiter eſſe poteſt: vt. s. de arbi.l. Pedius.§.j.quidã tamẽ & iſtam intelligũt in vero arbitrio, qui ad ſimilitudinẽ iudicis procedit.& facit.s.de cur.fur.l.cõſilio.in fin.

Seruus arbiter eſſe nõ poteſt.

b H*Aec verba*. *Abſfuerit*. aliàs ad fuerit.& ſub.tantum dabis, vel ſub.illam rem tantũ tibi tradã. aliàs abfuerit: & tunc. ſcilicet nõ dabis.& pone exemplũ in ſtipulatione iudicatũ ſolui: quæ tria cõtinet: cui quandoq; ſpecialiter ſubiicitur dolum malum abeſſe, abfuturúmque eſſe.& ſi cui rei dolus malus abfuerit, decem dabit. nam dolum cuiuſlibet cõprehendit etiã extranei: vt hic, &.s.iudi.ſol.l.nouiſſima. Item pone exemplum.s.de verbo. obliga.l.ſtipulatio iſta.§.ſi quis dolum.& facit ſupra de ſer.vrba. prædio.l.ſi ſeruitus.& de verb.oblig.l.inter ſtipulantem.§.j.

c S*Ciendũ eſt. Succeßiones*. id eſt gradus: vt heres heredis. ſic ponitur.C.de in li.iur.l.is qui rationes.& da exemplum.C.de

here.inſtit.l.fin. & quod dixi ſupra eod.l.heredis.& dic hic quod quæſiui ſupra de pe.her.l.iij.§.ſed & Titio.

a *Speciebus*. id eſt caſibus.

b *Proximum*. id eſt primum, ſcilicet tantum: eſt ergo regula, vt omnes contineat: ſed fallit caſibus tribus, qui ſequuntur: & in aliis quos not. ꝫ.tit.j.l. qui per ſucceſſionem.

c *Impuberis*. facta his verbis,quiſquis,&c. & da exemplum ſupra de vulga.ſubſtitu.l. qui liberis.§.fin.&.l.patri. & inſtit. de pup.ſubſtit.§. qui ſubſtituitur.

d *Filio*.impuberi meo.

e *Vbi*. id eſt in qua ſubſtitutione, vel verbis.Azo.

f *Non continetur*. ſcilicet primus.

g *Item in lege*.da exemplum.C.de li.& eorum lib.l.pe. Sed contra ſupra de bo.lib.l. ſi filius. §.Paulus.Solu.ibi contra ta. heredi heredis: hic accuſatioñe ingrati denegat. ſic in eo qui ex neceſſitate manumittit.nam habet contra tab.vt.C.de bo.poſ. contra tab.liber.l.j.ſed non accuſat ingratum: vt.C.de oper.liber.l.ij.

h *Idem dicitur*. da exemplum ſupra de oper.liber.l. cum patronus.§. cum libertus. ſed contra in eo.titu. ſi operarum. vbi dicit tranſire iudicium operæ ad filium etiam non heredem.ſed prima loquitur in opera certa: illa, ſi operarum,in incerta: vt plene not. ſupra de condic.inde.ſi non ſortem.§.libertus.

i *Verba hac, is*. pollicetur prætor iudicium redhibitorium emptori,& his ad quos ea res pertinet: vt ſupra de ædil.edict.l.j.§.quòd ſi mancipium. quod exponitur. id eſt is qui in ius vniuerſum ſuccedit: non in re vlla tantum: vt hic,& ſupra de ædil.edict.l.ſciendum.§.deinde.ſed quandoque etiam ſucceſſorem rei continet, vt cum dicitur: non datur actio poſt iuramentum, neque in iurantem, neque in eum ad quem ea res pertinet:vt ſupra de iureiur.l.ait prætor,eius rei,&c.quod etiam ſingularem continet ſucceſſorem, ſiue in rem illam: vt in eo.titu.l. etiam ſi in rem.Item fallit ſecundo quod dicit hic ſupra de adop. l.his verbis.ſed in illis legibus improprie ponitur.

k *Dominium*. id eſt vniuerſalis ſucceſſor.

l *Contineatur*. ſcilicet his verbis.

m *Liud eſt capere*. Da exemplum: quia heres inſtitutus & rogatus de parte reſtituenda non capaci, id quod confiſcandum eſt,non capit: quod apud ſe manſurum eſt,ſic: vt ſupra de vulga.ſubſtit.l. ex facto. §. Iulianus. & facit infra titu. j.l. non videtur quiſquam.vbi plene dices.ſed contra infra cod.l.cepiſſe.Solu.vt ibi.Item contra ſupra de fideiuſ.tuto. & cu.l.j. Sol. ibi improprie.

n *Sicut perueniſſe*. pone exemplum vt in preciis quæ peruenerunt ex venditione rerum hereditariarum ad bonæ fidei poſſeſ.hereditatis: vt.ꝭ.de peti.here.l.item veniunt.§.item placere.quod intelligitur ſi locupletior eſt: vt hic,&.ꝫ.eo.tit.l.vtrum.Item pone exemplum.ꝭ.de leg.iij.l.qui concubinam.§.ij.& facit.ꝫ.eo.l.nomen filiarum.§.fin. Sed contra.ꝫ.eod.l.perueniſſe.ſed ibi improprie: ſicut in multis aliis locis ponitur improprie: vt ſupra ad Treb.l.cogi.§.ſed ſi quis rogatus.& de here.ven.l.ij.§.perueniſſe. & ſupra quod me.cau.l.videamus.&.l.ſi ipſa.

* non ſic.

† ne quod.

accipi.nam paucis ſpeciebus[a] hæredis appellatio proximum[b] cõtinet: veluti in ſubſtitutione impuberis,[c] *quiſquis mihi heres erit, idem filio*[d] *heres eſto*. vbi[e] heredis heres non continetur,[f] quia incertus eſt. Item in lege[g] Ælia Sentia filius heres proximus poteſt libertum paternum vt ingratum accuſare: non etiam ſi heredi heres extiterit. Idem dicitur[h] in operarum exactione, vt filius heres exigere poſſit, non ex ſucceſſione effectus. Verba hæc, B *Is*[i] *ad quem ea res pertinet*: ſic intelleguntur, vt qui in vniuerſum dominium[k] vel iure ciuili vel iure prætorio ſuccedit, contineatur.[l]

LXXI. Vlpianvs *libro ſeptuageſimonono ad Edictum*.

Aliud eſt capere:[m] aliud accipere. capere, cum effectu accipitur:accipere,& ſi quis non* accepit vt habeat. ideoque non videtur quis capere quod erit reſtituturus: ſicut perueniſſe[n] propriè illud dicitur,quod eſt remanſurum. Hæc verba, *His rebus recte*[o] *præſtari*:[p] hoc ſignificant, ne quid† periculum[q] vel damnum[r] ex ea re ſtipulator ſentiret. C

LXXII. Pavlvs *libro ſeptuageſimoſexto ad Edictum*.

Appellatione[ſ] rei pars etiam continetur.

LXXIII. Vlpianvs *libro octogenſimo ad Edictum*.

Hæc verba[t] in ſtipulatione poſita, *Eam rem recte reſtitui*: fructus continent. *recte* enim[u] verbum, pro viri boni arbitrio eſt.

LXXIIII. Pavlvs *libro ſecundo ad Edictum ædilium curulium*.

Signatorius[x] anulus, ornamenti appellatione non continetur.

LXXV. Idem *libro quinquageſimo ad Edictum*.

Reſtituere[y] is videtur, qui id reſtituit quod habiturus eſſet actor ſi controuerſia ei facta non eſſet.

LXXVI. Idem *libro quinquageſimoprimo ad Edictum*.

Ediſſo[z] intellegendus eſt etiam is qui permutauit vel compenſauit.

LXXVII. Idem *libro quadrageſimonono ad Edictum*.

Frugem† pro reditu appellari,[a] non ſolum quod* frumentis aut leguminibus, verùm & quod ex vino, ſiluis cæduis, cretifodinis, lapidicinis capitur. Iulianus ſcribit,[b] fruges omnes eſſe quibus homo veſcatur,[c] falſum eſſe: non enim carnem, aut aues, feráſve, aut poma fruges dici. Frumetum[d] autem eſſe,quod ariſta[e] ſe† teneat, rectè Gallum* definiſſe.[f] Lupinum verò & fabam fruges potius dici:[g] quia non ariſta,ſed ſiliqua[h] continentur: quæ[i] Seruius apud Alfenum in frumento contineri putat.

† Vide Vallam elegan. 4.c.25

* quod ex.

† in ſe teneat.

* Æliũ Gallũ intelligit.

o *Recte*. id eſt arbitrio boni viri: vt infra.l.hæc verba.

A p *Præſtari*.ſcilicet indemnitatem his rebus.ſub.pro.& da exemplum in condemnato in rei vindic.cui cauetur à petitore his verbis: vt & ſupra de rei vindi l. ipſi quoque. idem pone in agente redhibitoria,cui ſimiliter his verbis cauetur, ſi cõuenitur ex maleficio ſerui ab extraneo: vt ſupra de ædil. edict.l.redhibere.§.idẽ Pomponius.

q *Periculum*. perſonæ: vt arg. C. de tranſact.l. interpoſitas.

r *Damnum*.ſcilicet pecuniæ:vt ſupra de dam. infect.l.iij.&arg. C.de ædil.act.l.j.

ſ *Ppellatione*. Abſolutus à tota re, à parte abſoluitur: vt ſupra de exceptio. rei iudic. l. ſi quis cum totum.Item facit ſupra de euict.l. j. & de lega. j.l. plane. §. fina. & ſupra eo.l.locus.

t *Aec verba*. Da exẽpla & cõcordantias vt dixi ſupra eo.l.reſtituere.

u *Recte enim*. & ſic expoſui ſupra. l. aliud. §. hæc verba.

x *Ignatorius*. Legaui tibi ornamenta muliebria. alij anuli continẽtur, non ſignatorius: vt hic, & ſupra de aur. & argen.lega.l. argumento.§.ornamẽta.& eſt ſignatorius,cũ quo ſigillatur:vt ſupra de teſti.l. ad teſtium.§. ſi ab ipſo.&.§.ſignum. facit ſupra de bo.damna.l.diuus.

y *Eſtituere*. Hoc dic vt diximus ſupra eo.l.reſtituere.

z *Ediſſe*. Pone ꝙ emi liberũ qui ſciebat ſe liberum. tenetur mihi ad duplum eius quod dedi, vel permutaui, vel compenſaui pro eo, quando proclamat in libertatem: quia totum videor dediſſe: vt ſupra de liber. cauſa. l.in tantum.&.l.ſequen. Item pone exemplum in permutatione: vt ſupra de iure do.l.ſi ei nuptura. Item in compẽſatione ſupra ſol. matri.l.ſi filio. Item & qui accepto tulit, dediſſe videtur: vt ſupra de condict.ob.cau.l.ſi mulier.Item facit ſupra de verbo.obli. l.vbi autem non.in fin.l.

D a *Rugem. Appellari*. ſcilicet ait Paulus. Et not. quòd nomen reditus, genus eſt ad fructus: cum omnis fructus ſit reditus:ſed non econtra: quia partus eſt reditus, non tamen eſt fructus:vt.ꝭ.de vſur.l.Paulus.§. heres.&.§. Neratius.& ad Trebel.l. deducta.§.ſi hereditatem. &.ꝭ.de vſu.l.in pecudum.§. partus. & reditui parificat Paulus frugem: ſicque continet omnia quibus homo veſcitur,ſecundum eum: in quo corrigit eum Iul.ſtatim.

b *Iulianus ſcribit*. & male addendo: imò corrigendo.

c *Veſcatur*. quod intellexerat Paulus à fruendo dictas.Accur.

d *Frumentum*. dixit frugis vocabulum,nunc frumẽti infra. eo.l. qui fundum,dicit de pomo.

e *Ariſta*. id eſt ſpica.ergo hordeum,& ſpelta & auena.

f *Definiſſe*. dicit Iulianus.

g *Potius dici*. quàm frumentum: ſed hoc in fin.l.corrigit.

h *Siliqua*.id eſt pelle quadam qua retinentur fabæ:alias aliter accipitur:vt.C.de epi.& cleri.l.cum clericis.authen.ſed hodie.

i *Quæ*.ſcilicet lupinum & fabam & ſimilia legumina putat,&c. & ſic corrigit quod ſupra dixit.eſt ergo hic generaliter eius ſignificatio: ſpecialiter vero vulgari ſermone dicimus id tantum granum frumentum,quod præ ſui bonitate cætera excellit.

*Interdum.*

a Interdum ſignificat.id eſt dicere,verbum poſſeſſionis ſignificat verbũ proprietatis.i.id quod deſignatur per verbũ proprietatis.& da exẽplum.ſ.de iudi.l.ſi de vi.Item.C.de fideiuſ.mi.l.fin.&.C.de cõtrahen. emp.l.cũ res.& de do.inter vi.& vxo.l.ſi quidẽ & econtra dominium pro poſſeſſione:vt.C.de rei vin.l.quotiens.

b Poſſeſsiones.exponitur ergo.i.res poſſeſſas.

c Impenſæ. Peritura. omnino.Accur.

d Futura. ideoque repetendæ ſunt: vt ar.ſ. ad.l.Rho.de iac.l.ij.§.æquiſſimum. Azo. & da exẽplum.C. de rei vxo. ac.l.j.§.ſed nec ob impenſas.

e Paſtinationes.i.plantationes arbuſti, id eſt arboris,ne ruat terra in futuris annis.vel etiam paſtinationes vineę:vt accipitur ſupra quod vi aut clam.l.ſemper.§.j.

f Fuerat.alioquin diceretur neceſſaria impẽſa.

g Puerorum. id eſt ſeruorũ: vt & ſupra de rei vin.ſin autem.§.fi.

h Carere. vt & ſupra de impẽſis.l.vtilium. & de pigno.actio.l. ſi ſeruus.

i In his. id eſt in vtilibus impenſis. & ita eſt cõtra.ſ.de impenſis.l.j.§.pe. vbi dicitur quòd piſtrini & horrei impẽſa eſt neceſſaria. Solu.ſi fiat in reficiendo, obtinet quod ibi.ſi in faciẽdo, obtinet quod hic: argu. ſupra de iti. actũque priua.l.iij.§.pen.vel dic ſecundum qualitatem rerum quandoque neceſſaria, quandoque vtilis dicitur impenſa hic & piſtrini.

k Voluptariæ. aliàs voluntariæ, id eſt voluntatis cauſa factæ. aliàs voluptariæ: id eſt voluptatis vel delectationis cauſa factæ.

l Incruſtationes. quandoque ſubtilis cruſta marmoris extra murũ ponitur, vt totus marmoreus videatur. Loricatio eſt cælatura in modum loricæ facta:vt picturæ militum armatorum:vt in palatio cõmunis Bon.& quod ſubiicit picturæ.ſ. alias imagines vel figuras continentes,vel nullas.& fa.ad hãc.l.ſupra de rei vin.l.in fundo.& quod ibi no.&.C. de rei vxo.ac.§.ſed nec ob impẽſas.& quod ibi not.& fa. ſupra de impenſis.l.quod dicitur.&.l.ſeq.& de peti.here.l.vtiles.Accur.

[margin: † Rectè additur negatio Florent. Ant.Aug. lib.1.c.2. * paſtinationes. † viridiaria. al.viridaria.]

LXXVIII. Idem *libro tertio ad Plautium.*

Interdum proprietatem quoq; verbũ poſſeſſionis ſignificat:[a] ſicut in eo qui poſſeſſiones[b] ſuas legaſſet,reſponſum eſt.

LXXIX. Idem *libro ſexto ad Plautium.*

Impenſæ neceſſariæ ſunt, quæ ſi factæ non ſint, res aut peritura,[c] aut deterior futura[d] ſit. Vtiles impẽſas eſſe Fulcinius ait,quæ meliorem dotem faciat, non deteriorem eſſe non† ſinant:ex quibus reditus mulieri adquiratur, ſicuti arbuſti paſtinatione[e] * vltra quàm neceſſe fuerat:[f] item doctrinam puerorũ,[g] quorum nomine onerari mulierem ignorantem vel inuitam non oportet, ne cogatur fundo aut mancipiis carere.[h] In his[i] impenſis & piſtrinum & horreum inſulę dotali adiectum plerumque dicemus. Voluptariæ[k] ſunt,quæ ſpeciem dũtaxat ornant, non etiam fructum augent: vt ſunt viridia,† & aquæ ſalientes,incruſtationes.[l] loricationes,picturæ.

Teſtator repetẽdo legata à ſubſtituto, videtur repetere & libertates.hoc dicit.

LXXX. Idem *libro nono ad Plautium.*

In generali repetitione[m] legatorum, etiam datæ libertates continentur ex mente legis duodecim tabularum.

Pone caſum huius.l. & ſequen. vt in glo.

LXXXI. Idem *libro decimo ad Plautium.*

Cvm prætor[n] dicat, vt opus factum reſtituatur:etiã damnum datum actor conſequi debet.Nam verbo reſtitutionis omnis vtilitas actoris continetur.

m In generale repetitione.Pone quòd teſtator in ſubſtituendo repetiit legata quæ ab inteſtato reliquerat: vt ſupra de lega.iij.l.cum in ſubſtitutione. Sed & hoc non dico intelligi repetitũ, niſi contraria colligatur voluntas:vt.ſ.de leg.j.l.licet. Item pone vt ſupra de fun.inſtru.l.Seiæ.in prin.& facit.j.eo.l.verbis.

n Cvm prætor.Prætor dicit:opus vi aut clam à te factum reſtituas:vt.ſ.quod vi aut clam.l.j.in princ. quod exponitur hic,non ſolũ opus reſtituitur.i. deſtruitur, & in priſtinũ ſtatũ res reponitur:ſed etiã omne dãnũ actori emẽdatur:vt.ſ. quod vi aut clã.l.ſemper.§.in hoc interdicto. Item cum debeat arbitrio boni viri deſtrui:vt.ſ.de ope.no.nũ.l.antep.§.ſi quis autẽ.& arbitrium eſt etiã in omni dãno:vt.ſ.eo.l.hæc verba.ergo omne dãnum venit:vt hic dicitur. in alio ſenſu ponitur reſtituere.ſ.e.l.reſtituere.

o Verbum amplius. Cauet legatarius de reddendo ſi quid ei ſoluatur quod per.l.Fal.ei nõ debetur. committitur quidem ſtipulatio etſi nihil ei debeatur:quia tota hereditas cõſumebatur ære alieno:vt hic,&.ſ.ſi cui plus quàm per.l. Falc.l.j.§. hæc verba.& hoc non ex propria ſignificatione verbi amplius.cõparatiuum enim eſt,& proprie plerunq; ponitur:vt.ſ.de leg.iij.ſi ſic.

p Ex contrario.da exemplum vt dixi.ſ.eo.l.minus.Accurſius.

LXXXII. Idem *libro quartodecimo ad Plautium.*

Verbũ amplius,[o] ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur:ſicuti ex contrario[p] minus ſolutum videtur, etiam ſi nihil eſſet exactum.

LXXXIII. Iavolenus *libro quinto ex Plautio.*

Propriè bona dici non poſſunt,[q] quæ plus incommodi quàm commodi habent.

Pone caſum vt in glo. & etiam in.l.ſeq.

LXXXIIII. Pavlvs *libro ſecundo ad Vitellium.*

Filij[r] appellatione omnes[ſ] liberos intellegimus.

LXXXV. Marcellvs *libro primo Digeſtorum.*

Neratius[t] Priſcus tres[u] facere exiſtimat collegium. & hoc magis ſequendum eſt.

LXXXVI. Celsvs *libro quinto Digeſtorum.*

Qvid aliud ſunt iura prædiorum,quàm prędia qualiter[x] ſe habentia:vt bonitas, ſalubritas, amplitudo?

LXXXVII. Marcellvs *libro duodecimo Digeſtorum.*

Vt Alfenus[y] ait,vrbs eſt Roma* quę† muro cingeretur. Roma eſt etiam, quã continenti* ædificia[z] eſſent. nam Romã non muro tenus exiſtimari,ex conſuetudine cottidiana poſſe intellegi, cũ diceremus Romam[a] nos ire, etiã ſi extra vrbẽ habitaremus.[b]

Ponit quendam vſitatum modũ loquendi.dicitur enim in vulgari: ille habet centum in bonis. nam vere loquitur & ſi ille habet in prædiis vel aliis rebus valorẽ centum librarũ.ſecus autem eſt ſi quis

q Propriè bona dici nõ poſſunt.ſ. in naturali ſignificatione verborum:vt.ſ.e.l. bonorum.vbi plene dixi.

r Filij. Pone exemplum.pater dedit tutores filio. ſi plures habet: omnib⁹ videtur dediſſe. ſ. qui ſũt in primo gradu: vt. ſ. de teſta.tu.l.ſi quis ita.§.j. & hoc, quia fauor eſt: ſecus ſi odiũ eſſet: vt exheredo filium meũ, cũ plures habeã. nã nemo eſt exheredatus:vt.ſ.de lib.& poſthu.l.ij.& pro hoc eſt in eo.titu.l.cum quidam. & ſecundum hunc caſum non eſt cõtra.quod ſignatur inſti. qui da.tu.poſſ.§.fin.vbi dicit non contineri nepotes filij appellatione. Vel dic ſecundo caſum in pupilla prohibita tutori vel eius filio iungi, vt etiam nepoti iungi non poſſit: vt ſupra de ritu nupt.l.ſenatuſconſul.& eſt ratio, quia rationem reddere debet: vt.ſ.eo.tit. l. ſi quis tutor.§.fi.&.l.libertum.§. ſenatuſcon. aliàs non: vt.d.§. inſtit. qui da. tu. poſ.vel dic tertio,loqui in quodam alio ſpeciali caſu:vt & omnes omnino comprehendat: vt lego tibi prædium cum villico & contubernalibus eius, & filiis eius. nam tunc nepotes ex filio legati videtur: & ſic appellatione filij nepotes continentur:vt.j. e. l. liberorũ. §. ſed & Papirius.& hoc, quia non debẽt nepotes ſeparari à patribus: vt.C. communia vtriuſque iud.l. poſſeſſionũ. aliàs regulariter contra: vt inſtit. qui da.tu.poſ.§.fi.& facit ſupra eo.l.cognoſcere.§.fi.

[margin: * Facit nõ nihil ad hãc rem Petrus Crini. li. de honeſt. diſci.4.c.9. † Ant. Auguſt.lib.2.c.2. putat legendũ, qua, vt & poſt ea, qua continentia ædificia &c. * continentia.]

ſ Omnes.maſculos & fœminas.

t Neratius.Pluribus locis collegij habetur mentio: quod ex quot fiat hominibus,dicit.tres ergo, ſcilicet homines ad minus[a] ſub.faciunt collegium,ſed per vnum retinetur: vt ſupra quod cuiuſque vniuerſi.l.ſicut.§.finali. Idem de familia: vt ſupra eo.l.deteſtatio.in fi.vbi de hoc dixi.

u Tres.perſonas.

x Qvid aliud.Prædia qualiter.id eſt qualitatiuẽ. vel ſecundum eam qualitatem ſe habentia, id eſt ſicut bonitas &c. ſicut enim bonitas prædij id eſt fertilitas bonum multorum,vel ſalubritas.ſ.herbarum multarum:vel amplitudo finium,eſt qualitas ipſius prædij:ita iura.i.libertas, vel ſeruitus: vt inſtitu. de re. cor.& incor.in fine.quæ eſt qualitas eius:rectéque quæritur qualis eſt fundus, cum de ſeruitute vel de libertate certificari volumus:vt & ſupra de euict.l.penulti.

[margin: a] Concortex.in. c.cũ oẽs cũ gloſ. & ibi not. extra de cõſti. & in. c. cum dilecta extra de reſcrip.]

y Vt Alfenus.aliàs incipit.Alfenus.

z Aedificia.etiam vltra muros.

a Romam.nos qui ſumus Bonon.

b Habitaremus. in ſuburbiis tamen. & de hoc plene dixi. ſ.e.l.j.

legat fundum alienum qui valet centum: quia non videtur legare centum.hoc dicit.

LXXXVIII. CELSVS *libro octauodecimo Digeſtorum.*

PRopemodũ [a] † tantum quiſque pecuniæ relinquit, quantum ex bonis eius refici poteſt.ſic * dicimus, centies † aureorum habere,qui tantũ [b] in prædiis cæteriſq; ſimilibus rebus habeat. Non idem eſt in fundo alieno legato, [c] quamquam is hereditaria pecunia parari poteſt:neque quiſquam B eum qui pecuniam numeratam habet, habere dicit quidquid ex ea parari poteſt.

Glo.ponit caſum.

LXXXIX. POMPONIVS *libro ſexto ad Sabinum.*

BOues magis [d] armentorum quàm iumentorũ [e] generis * appellantur. [f] Hoc ſermone, [g] *Dum nupta erit*:primę nuptię ſignificantur. [h] inter edere & reddi † rationes,multũ intereſt: nec is qui edere iuſſus ſit,reliquum reddere debet.nam & argẽtarius edere rationem videtur, etiam ſi quod reliquum ſit apud eum,nõ ſoluat. [i]

XC. VLPIANVS *libro vicenſimoſeptimo ad Sabinum.*

QVi vti [k] optimæ maximæq; ſunt ædes tradit: non hoc dicit ſeruitutem illis [l] deberi: ſed illud ſolum,ipſas ędes liberas eſſe, hoc eſt nulli ſeruire.

XCI. PAVLVS *libro ſecundo Fideicommiſſorum.*

MEorum [m] & tuorum appellatione actiones quoq; contineri dicendum eſt.

XCII. IDEM *libro ſeptimo Quæſtionum.*

PRoximus eſt, [n] cui * nemo antecedit. ſupremus eſt, quem nemo ſequitur.

XCIII. CELSVS *libro nonodecimo Digeſtorum.*

MOuentium, [o] item mobilium appellatione idem ſignificamus: ſi tamen apparet defunctum animalia duntaxat, quia ſe ipſa mouerent, mouẽtia vecaſſe. [p] quod verum eſt.

Verbum reddendi licet habeat ſignificationem retro dandi:tamẽ aliquando ſignificat date. hoc dicit.glo.ponit exempla.

XCIIII. IDEM *libro vicenſimo Digeſtorum.*

VErbum reddendi quãquam ſignificatũ habet retro dandi, [q] recipit tamen & per ſe dandi ſignificationem. [r]

XCV. MARCELLVS *libro quartodecimo Digeſtorum.*

POteſt [s] reliquorum appellatio & vniuerſos ſignificare.

XCVI. CELSVS *libro vicenſimoquinto Digeſtorum.*

LItus [t] eſt, † quouſque maximus fluctus [u] à mari peruenit.idque Marcum Tullium aiũt, cum arbiter eſſet, primum conſtituiſſe. C Prædia dicimus aliquorum [x] eſſe,non vtique * communiter habentium ea, [y] ſed vel alio aliud habente. [z]

XCVII. IDEM *libro trigenſimoſecundo Digeſtorum.*

CVm ſtipulamur, [a] *Quanta pecunia ex hereditate Titij ad te peruenerit*: res ipſas quæ peruenerunt, non pretia earum ſpectare videmur.

Gloſ.bene declarat legem iſtam.

XCVIII. IDEM *libro trigenſimononο Digeſtorum.*

a *PRopemodum*.aliàs propemodum:aliàs prope.& exponit quẽdam conſuetum colorem loquendi.

b *Tantum*.quod valeat centum aureos.

c *Legato*.vt dicatur tantum pecuniæ reliquiſſe, quantum fundus ille alienus valet.pecunia enim ęſtimat merces,nõ merces pecuniam:vt hic,& ſupra de fideiuſ.l.ſi ita fideiuſſorem.& ad Trebel.l. deducta.§.nummis.ibi,diuerſa eſt cauſa &c.& facit infra eo.l.hæc enuntiatio.

† Fl. Tantũ quiſque.

* ſic enim dic.

† Sic Flo. Ant Aug.li. 2.c 6.

d *BOues magis*. electiue:vt ecce,ſi venditor iumẽti dicat vitia: nõ cõtinetur bos.i.non ſequitur quòd venditor bouis debet dicere vitia:vt.ſ̃. de ædil. edic.l. ædiles. in princ.&.§.iumentorum.Itẽ ſi lego armentum, continẽtur boues:vt.ſ̃. de leg. iij.l. ſeruis.§.armento. ſed ſi lego iumẽta, boues nõ continentur:vt.e.titu.l. legatis.§.iumentis.

e *Iumentorum*. nam iumenta faciunt equitiũ.

f *Appellãtur*.ex genere.

* genere.aliàs nomine.

g *Hoc ſermone*. Dedi centum pro Berta nomine dotis viro eius: & ſtipulat⁹ ſum mihi reddi.ſi ab eo diuertat poſtea, & alij nubat, repetam:quia dum nupta eſſet primo viro, videor dediſſe: vt hic, &. ſ̃. de iu.do.l.ſtipulatus de dote.& facit.l.dotem.&.l. ſtipulationẽ. &. l. licet. & idem ſi promiſi tãtũ Titio, cui ſperabã eam nubere. nam ſi alij primo nubat, & diuertat, & tunc Titio nubat,nõ teneor:vt.ſ̃. de iure do. l.dotis promiſſio. §. qđ enim vulgatũ.Item pone, minor viginti ann. poteſt manumittere ancillã, vt ei nubat. intellige primo quàm alicui alij: vt. ſ̃. qui & à qui.l. matrimonij. Item pone ſ̃.de condi. & demon.l. hæc conditio.ſed quandoque etiam ſecundæ ſignificantur: vt ibi dixi in.l.hæc conditio. & ſupra de lega.iij.l.cum pater.§.pater.&.C.de rei vxo.act. auth. ſed quamuis dos.&.ſ̃.de lib.& poſthu.l.placet. &. l. ſequen. quæ ſunt arg.contra.Item arg.cõtra.ſ̃.l.hæc conditio.&. ſ̃. de fideiuſ. D l.ſi ita ſtipulatus fuero à Seio.

† reddere.

h *Significantur*.dum tamen legitimæ ſint:vt in.l.dotis. &. d.l.hæc conditio.

i *Non ſoluat*.nã ſufficit quòd copiam deſcribendi faciat, qui edere debet:vt ſupra de eden.l.j.§.edere.&.§.rationes.ſed reddere rationes duo continet,ſcilicet computare,& reddere reliqua:vt ſupra de condi.& demon.l.cum ſeruus.

k *QVi vti*.aut dixi,vt optimus & maximus:& tunc liberũ dare debeo:vt hic,&.ſ̃.de euic.l.pe.&.j̃.e.l.ſi cum fundum. &.l.non tantum.alioquin ad omne intereſſe:vt ſupra de act.emp. l.Iul.§.quod autem diximus. aut econtra dixi, nec optimus, nec maximus: & tunc dabo talem qualis eſt: vt ſupra de contrahen. emp.l.cum venderes fundum.aut tacui:& tunc teneor quãto minoris emiſſet:vt ſupra de ædil.edic.l.quotiens.

l *Illis*.ab ædibus vicinis.

m *MEorum*.Inſtitui heredem,& rogaui vt bona mea Titio reſtituat.actiones cõtinẽtur:vt.ſ̃.ad Treb.l. ſi legatus.§. ſi quis bona.&.l.nã qđ.in fi.&.l.ſeq.&.l.cogi. in princ. & de verbo ſuorum,& per cõſequẽs tuorũ,habes.ſ̃.de leg.iij.l. ſeruos autem.

A n *PRoximus eſt*.Proximo agnato hereditas defertur:vt.ſ̃. de ſuis & le.l.poſt conſanguineos.§.hereditas. proximus eſt ergo &c.vt hic.& ſupple,ſi nemo etiam ſit poſt eum:quãquam impropriè:vt.ſ̃.vnde cog.l.j.§.proximus vero.&.j̃.e.l. proximi. &. l. in vulgari.ij.rñ. ſupremus vero eſt &c.cui non datur ius ſuccedendi dum alij antecedunt. & facit quòd ex ſupremis tabulis datur ſecundũ tabu. quas accipe vt hic, &.ſ̃. de bo. poſſ. ſecundum tab.l.j.§.nõ autẽ. etiam ſi ſolæ ſunt:vt.j̃.eo.l.illa verba.ij.reſpon.

* quem.

o *MOuentium*.Mobilia & mouẽtia idẽ ſunt,niſi aliud appareat ex mẽte loquentis:vt hic.& da exemplũ ſ̃.de re iu. l. à diuo.§. in vẽditione.ſ.vt in his fiat primo miſſio.Itẽ da exẽplum ꝙ aliquis legauit omnia mobilia ſua: vt hic ſubiicit.vel mouentia.ſed an nomina ſint immobilia,vel nõ? dicã immobilia.primo,quia nõ poſſunt moueri, cũ ſint incorporalia: vt.ſ̃. de acquir.re.do.l.ſeru⁹. §.incorporales. Secundo,quia in eis fit executio etiã poſt immobilia: vt.ſ̃.de re iu.l.à diuo. §. in venditione.in fi.§. & facit.ſ̃.de le.iij.l.ſi chorus. §. j. licet poſſit dici ꝙ ſint mobilia. argu.C. quando & qui. quarta pars debet.l.ij. ibi, mobilis autem &c.

† Cicer. in Top in loco à definitione per trãſlationẽ verbi.

* Græciſmus.ſub.ſolũ.Aug. lib. 2.c.1.

p *Vocaſſe*. appellatione mouẽtium: ſed videtur deeſſe ſed, in litera. vnde dic quòd,pro ſed.ſed verũ eſt animalia duntaxat ſignificari:ſi tamẽ appareat defunctũ vocaſſe mouentia illa quæ per ſe mouentur.

q *VErbum reddendi. Retro dãdi*.& hęc eſt propria ſignificatio. & eſt exemplum. ſ̃. depoſiti.l.j.§. eleganter. [a] in fi.§.& de leg.ij.l.cum pater.§.rogo.

a] Melius ĩgl in. l. qui vxori. ſ̃. de au. & arg. leg. & in l. cum quidã. in fi. ſupra de lega. 2.

r *Significationẽ*.ex interpretatione.& eſt exemplũ.ſ̃.de le.ij.l.cum quidam.vbi vir reddiderat dotem,& tamẽ præcepit ei reddi quadraginta nomine dotis.nã accipitur pro dari, cũ iã erat reſtituta.

s *POteſt*.Pone exemplum vt.j̃.e.l.cæterorum.quandoq; etiam continet nihil,ſi nihil eſt reliquum:vt in argu. contra ſupra de here.inſti.l.item quod Sabinus.§.ſed ſi aſſe.

t *LItus*.ſcilicet maris.dicitur inſti.de re.diui.§.& quidem.quòd litora maris ſunt cõmunia.nunc quatenus protendatur,exponit.nec eſt definitio litoris iſta.& dicitur litus,quia fluctus eluderet,vel elideret:vt in fi.libri Peri herme.Ariſto.

q *Competit*. etiã per delegationem. Tres ergo ſunt differentiæ. eſt & quarta: quia à pœna non appellatur, à multa ſic: vt. j. e. l. ſi qua. in prin. Itẽ quinta, quia ſi multa imponitur vltra modũ lege conceſſum, non tenet: vt. C. quando prouo. non eſt ne. l. certa ratione. ſed pœna ſic, vt pro furto non manifeſto in quadruplum. ſ. de iis qui no. infa. l. quid ergo. §. pœna. Item & multa datur fiſco: vt C. de modo mul. l. mulctarum. ſed pœna actori plerunque. Item multa non infamat: vt. C. de modo mul. l. j. ſed pœna plerunque ſic: vt colligitur ſupra de iis qui no. infa. l. j. §. qui furti. Accur.

r A *Nniculus amittitur*. id eſt moritur, vt ſubiicit. facit infra. e. l. anniculus. & dic vt ibi. Accurſius.

ſ *Conſuetudo*. no. ſic ſupra de fun. inſtru. & inſtru. leg. l. cum de lanionis. §. aſinam. Accurſius.

t *Ante diem*. vt iſtam malã literam intelligas: dic quòd quilibet dies menſis dicitur dies kalendarum: vt prima dies kalendarum, ſecunda dies kalendarũ: & ſic de cæteris. ſi igitur promiſi tibi ante. x. diẽ kalendarum, vel poſt diem. x. kalendarum. ſ. inchoatum: paria ſunt. vel quia. xj. dies nõ cõtinetur. ſ. vt ſit arbitrio ſoluentis:

a] Concor cum hac gl. iuc. ſuo tex. ibi, adiudicatio tex. in cap. præſentatum. extra de teſti. lib. 6. & qui ſũt qui multare poſſunt: no. Raph. Paulus de Caſ. & Ale. in l. 1. ſ. ſi quis ius di non obtẽ. & Spec. in tit. de contu. § 4. ver. 1. & in tit de ſen tẽ. § 1. verſ. ſed nũquid.

D

c A *Nniculus. Natus eſt*. ſcilicet dicitur anniculus. Accurſius.

d *Trecenteſimo ſexageſimoquinto*. nam tot dies habet annus: vt & . ſ. de ſta. lib. l. cum heres. §. Stichus. & intellige hoc de die naturali: qui. ſ. annus etiam. vj. horas habet plus: vt. ſ. eo. l. cũ biſſextus. quæ tamen non curantur hic in vno: & ſi currat biſſextus, quilibet numeratur pro die: vt hic dicit. Accurſius.

e *Incipiente*. No. ſufficit tangi de vltimo die. ſic in vſucapione: vt ſ. de vſuca. l. ideoque. & de diuer. & temp. præ. l. in vſucapione. in prin. Item ſic. ſ. de aur. & arg. l. & ſi non ſint. §. quid ergo. in princ. Item ſic ſupra. e. l. anniculus. Quandoq; etiã annus inchoatus habetur pro perfecto: vt in auth. de tẽpore non ſol. pec. ſuper do. §. generaliter. col. iij. ibi, nouimus enim & c. quæ eſt huic. l. contra. in eo ꝙ non dicitur hic anniculus, qui annum inchoauit: ſed dicitur ibi habere. xv. an. qui ſolũmodo inchoauit eũ, & perfecit. xiiij. quantũ ad matrimoniũ contrahendũ: cũ extunc poſſit cõtrahere matrimonium: vt inſti. de nup. in prin. quæ eſt contra. Quãdoque quærimus de momẽto ad momentũ: vt in præſcrip. xxx. ann. vt. ſ. de act. & ob. l. in omnibus. & de reſti. in integ. vt ſupra de mino. l. denique. §. minorem. quæ ſunt cõtra. ſed ibi plene dixi in glo. quæ incipit, quædam iura dicunt & c. Accur.

f *Non exacto*. id eſt completo.

g *Ciuiliter*. id eſt ſecundum cõſuetudinem ciuium & loquelam: vt ſupra eo. l. anniculus.

h Q *Været. Portentoſum*. ſcilicet partum, quod eſt. j. & ſunt hæc nomina conuenientia iis qui cõtra formam humani generis ſunt nati. Accurſius.

i *Qualem*. accipe nouum. nouum dico viſu, qui habet oculos retro: vel vagitu, quia mugit vt bos vel ſucculus.

*Animalis.*

a *Animalis*.i.qui melius aſſimilatur filio alterius animalis.

b *Obtemperauerunt*.ſic ſupra de condi.inſti.l.quæ ſub conditione. §.mortuo.

c *Fataliter*.vt.s̃.pro ſocio.l.cum duobus. §. damna. ſecus ergo ſi ex delicto mulieris eſſet: vt quia habuiſſet rem cum aliquo animali irrationali. ſed accidit forte ei in hac. l. quia quãdo cum homine ageret, cogitauit de aliquo animali.propter talia enim hęc accidũt. Accurſius.

d G*Eneri. Proneptis*.ſ. maritos : quod eſt.j̃. ſic in nuru : vt ſupra. e. l. nurus vbi dedi exempla. ſic & in ſocero : vt infra eod. ſoceri. Accurſius.

e T*Er enixa*.Pone caſum vt inſtit. ad Tertul. §. ſed nos. vbi ingenua ter pariens admittebatur ad hereditatem filij naturalis, non aliàs: quod hodie ibidẽ corrigitur.& quod ſubiicit tergeminos, id eſt tres ſimul:vt & ſupra de re.dub.l. vtrũ ita. ij. reſpon.& ſupra ſi pars here.pet.l. antiqui. §. ſed & tres. Item pone exẽplum ſupra de ſta. ho.l. Arethuſa.Accurſius.

* vide Dua. 1. diſput. c. 10.

† tergeminos peperit.

f H*Ereditatis.Continetur*. vt ſi reliqui legata ab heredibus, omnes teneãtur:ſed improprie: & eodẽ modo improprie bo. poſ. dicitur heres:vt.j̃.l. heredis appellatione proprie autem hic nõ ſic vt inſti.de bo.poſ.§. quos autem.

g A*Edificia*. ſtatuerunt Romani ꝗ qui ædificium habebat Romæ,Romanus ſit.& eſt ratio huius. l. quia Roma ſic cõprehendit: vt ſupra eod. l. qui in continentibus.& ſupra eodem.l. vt Alphenus. & . l. ij. vbi plene dixi.

h *Eſſe poßit*. ſcilicet ad quem paratur.nã omne ædificium poteſt eſſe ad aliquem vſum etiam imperfectum : licet aliquæ picturæ vel ornatus ei deſint. & eſt exemplum.j̃.ad.l.Falc.l.ſi is. §. qui ita. vbi heres ita demum videtur perfeciſſe opus municipib⁹,ſi ſic perficit.& fa.s̃.eo.l.v.§. opere.& quod ibi not.Sed ar.contra.s̃. de orig.iur.l. j. vbi dicit quòd principium eſt potiſſima pars.Item argu. contra ſupra de auro & arg.leg.& ſi non ſint.§.quid ergo.Accurſius.

vagitu nouum, non humanæ figuræ, ſed alterius magis animalis [a] quàm hominis partum: an quia enixa eſt, prodeſſe ei debeat. Et magis eſt vt hæc quoque parentibus proſint. Nec enim eſt quod eis imputetur, quæ qualiter potuerunt, ſtatutis obtemperauerunt: [b] neque id quod fataliter [c] acceſſit, matri damnũ iniungere debet.

CXXXVI. IDEM *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

G Eneri appellatione & neptis [d] & proneptis tam ex filio quàm ex filia editarum, cæterarúmque maritos contineri manifeſtum eſt.

CXXXVII. PAVLVS *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

T Er enixa [e] * videtur etiã quę trigeminos † pepererit.

CXXXVIII. IDEM *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

H Ereditatis appellatione, bonorum quoque poſſeſſio cõtinetur. [f]

CXXXIX VLPIANVS *libro ſeptimo ad legem Iuliam & Papiam.*

A Edificia [g] Romæ fieri etiam ea videntur, quę in continẽtibus Romæ ædificiis fiant. Perfeciſſe ædificium is videtur, qui ita conſummauit, vt iam in vſu eſſe poſſit. [h]

CXL. PAVLVS *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

C Epiſſe [i] quis intellegitur, quã uis alij adquiſijt.

CXLI. VLPIANVS *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

i C*Epiſſe*.Pone exemplum vt.j̃.eod.l. perueniſſe. vbi filius vel ſeruus dicitur capere,licet alij acquirat etiam quo momẽto apud eum non ſit: vt. s̃. de acquir.here.l.placet.Sed contra.s̃. eo.l.aliud eſt capere.vbi non videtur capere quod eſt alij reſtiturus.Solu.refert vtrum te accipiente alij acquiratur : an cum ita accipio,vt alij reſtituatur.hoc enim non eſt capere.

k E*Tiam.Poßit*.& poterit agere de inoffi.teſt.extraneis inſtitutis:vt ſupra de inoffic.teſt.l.poſtumus.non tamẽ peperiſſe videtur:vt ſupra eo.l.anniculus.§.falſum.& facit infra eo.l. intelligendum.Accurſius.

l T*Riplici. Coniunctio*. inter heredes vel legatarios proprietatis vel vſusfruct.Accurſius.

m *Re*.tantum.Accurſius.

n *Per ſe*.id eſt ita quòd non verbis. & eſt exemplum quãdo duo ff. Nouum.

inſtituuntur ſeparatim in eadem hereditate:vt ſupra de lega.iij. l. re coniuncti.j.reſpon.&.j̃.eo.hac.l.in fi. verbis ita, quòd non rei vt inſtituo Titium & Seiũ pro æquis partibus:vt ſupra de leg. iij. l.re coniuncti.ij.reſpon.re & verbis,quando vtraque coniunctio interuenit,verborum ſcilicet & rei.& hoc ſubiicit,nec dubiũ &c. nam medium caſum reaſſumit.

E Tiam ea mulier cum moreretur creditur filiũ habere, quæ exciſo vtero edere poſſit : [k] necnon etiam alio caſu mulier poteſt habere filium, quem mortis tempore non habuit: vtputa eum qui ab hoſtibus remeauit.

CXLII. PAVLVS *libro ſexto ad legem Iuliam & Papiam.*

T Riplici modo coniunctio [l] intellegitur. aut enim re [m] per ſe [n] coniunctio contingit: aut re & verbis:aut verbis tãtũm. nec dubium eſt quin coniuncti ſint, quos & nominum & rei complexus iungit:veluti, [o] *Titius & Mæuius ex parte dimidia heredes ſunto.* [p] vel ita, *Titius Mæuiúſque heredes ſunto.* vel *Titius cum Mæuio ex parte dimidia heredes ſunto.* Videamus autẽ ne etiam ſi hos articulos [q] detrahas, *&, que, cum*, interdum tamen coniunctos [r] accipi oporteat: veluti *Lucius Titius Publius Mæuius ex parte dimidia heredes ſunto*, vel ita: [ſ] *Publius Mæuius Lucius Titius heredes ſunto*: [t] *Sempronius ex parte dimidia heres eſto.* [u] vt Titius & Mæuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti videantur. [x] *Lucius Titius* [y] *ex parte dimidia heres eſto : Seius ex parte qua Lucium Titium heredem inſtitui, heres eſto. Sempronius ex parte dimidia heres eſto*: Iulianus dubitari poſſe, tres ſemiſſes [z] facti ſint, an Titius in eundem ſemiſſem cum Gaio Seio inſtitutus ſit. Sed eo [a] quòd Sempronius quoque ex parte [b] dimidia ſcriptus eſt, veriſimilius eſſe in eundem ſemiſſem duos [c] coactos, & coniunctim heredes ſcriptos eſſe.

CXLIII. VLPIANVS *libro nono ad legem Iuliam & Papiam.*

o *Veluti*. iungit nominum complexus, veluti &c. nam hic ponit de coniunctis verbis tantũ: vt probant illa verba, ex parte dimidia : vt s̃.de lega.iij.l. re coniũcti.ij.reſpon. Azo.quaſi de alia dimidia vnus,de alia alius ſit inſtitutus. & ſic etiã exponit tertium reſpon. j̃. vel Titius cum Mæuio &c. at mediũ de coniuncto re & verbis habes neceſſe intelligere. tu dicere potes vt de coniunctis re & verbis hæc tria dicta dicant, ſiue per &, ſiue per que, ſiue per cum. & intelligas de dimidia, ſcilicet eadã tam in primo, quàm in.iij.reſpon. & infra. §. pen. ibi, vel ita, Publius Mæui⁹ &c. vt.s̃.de le.ij.l.Mæuio.in princ. Accurſius.

p *Sunto*. iſti re & verbis ſunt coniuncti.

q *Articulos*. i. coniunctiones. Accurſius.

r *Coniunctos*. re & verbis : vel verbis tantum. nam tria exempla ponit vbi detrahitur coniunctio vſq; in fi. primum veluti &c. in quo eſt cõiunctio re, non verbis: cum dicat dimidiam, ſecundum Azo. Vel dic, re & verbis cõiunctos: & dimidia dic eadem, vt modo dixi. Et no. quòd hoc primum nõ ſoluit, ſed dic cũ ſit ſoluta oratio, quòd accipitur pro coniuncta: vt ſupra eo. l. ſæpe. §. cum vero dicit. P. Accurſius.

ſ *Vel ita*. ſecundum rñ.

t *Sunto*. aliàs eſto. iſti re tantum.

u *Eſto*. repete, videamus an oporteat eos accipi cõiunctos re & verbis. ſ. vt Titius &c. ſic non ſoluitur queſtio: ſolues tamen vt & ſuperiorem proximã. vel dic ſecundo heres eſto. &. R. vtique videntur coniuncti: vt Titius &c. & ſic eſt ſolu. hic.

x *Videantur*. Sẽpronius verò ſit ab eis disiunctus re & verbis. Ac.

y *Lucius Titius*. tertium reſponſum, vbi detrahitur coniunctio.

z *Tres ſemiſſes*. in hoc vltimo caſu: & erat cauſa dubitationis, quia ſi illud qua, faceret relationem ſimplicem, fierent tres ſemiſſes. ſed facit perſonalem. ſic ergo videtur inter eos diuidere, quemadmodum ſi dixiſſet, Lucio Titio fundum, & hoc amplius Seio. x. vt ſupra de leg. iij. l. ſi ſic. Accurſius.

a *Sed eo*. reſponſio.

b *Ex parte*. ſcilicet ſeparatim re & verbis.

c *Duos*. ſ. primos: tertius vero nullo modo eis coniunctus eſt: vt s̃. de here. inſti. l. Iulianus quoque. nec enim re vel verbo coniungunt hunc tertium : vt. s̃. de leg. ij. l. Proculo. in fi. licet in eo. titu. l. Mæuiæ. in princ. videatur contra. ſed expone eam vt ibi no. Et argu. ſupra de vſufruct. ac. l. pe. Et ex prædictis not. quòd alij ſunt coniuncti re & verbis, qui in ſolidum veniẽtes faciunt ſibi partes concurſu : vt. s̃. de le. iij. l. re coniuncti. Alij tantum re: & alij tan-

tum verbis.ſed in.C.de cadu.tol. per totam.l.ſoli primi dicuntur coniuncti, non ſecundi vel tertij. Item not. quòd quidam dixe- A runt, verbis tantum cõiunctos non habere ius accreſcendi: quia in illo titu. de vſufruct. ac. non dicitur niſi de re coniunctis: ſed male: vt ſupra de leg.j.l.ſi duobus.§.fin.& de lega.ij.l. Mæuio.in princ. ſecundum Azo. Et plenius no.hanc materiam ſupra de vſufru. ac.l.j.in fin.

ID apud ſe quis habere videtur, de quo habet actionem. Habetur enim, [a] quod peti poteſt.

CXLIIII. PAVLVS *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

MAſurius [b] ſcribit libro memorialiũ, pellicem † apud antiquos eam habitam, quæ cùm vxor non eſſet, cum aliquo tamen viuebat: quam nunc vero nomine amicam, paulo honeſtiore [c] concubinam * appellari. [d] Granius Flaccus in libro de iure Papi- B riano ſcribit, pellicem nunc volgo vocari, quæ cum eo cui vxor [e] ſit, corpus miſceat: quoſdam [f] eam, quæ vxoris loco ſine nuptiis in domo [g] ſit: quam παλλακὴν [h] Græci vocant.

CXLV. VLPIANVS *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

VIrilis [i] appellatione interdum etiam totam hereditatem contineri dicendum eſt.

CXLVI. TERENTIVS CLEMENS *libro ſecundo ad legem Iuliam & Papiam.*

SOceri, [k] ſocrus appellationẽ, auum quoq; & auiam vxoris vel mariti contineri reſpondetur.

CXLVII. IDEM *libro tertio ad legem Iuliam & Papiam.*

QVi in continentibus [l] vrbis nati ſunt, Romæ nati intellegantur.

CXLVIII. GAIVS *libro octauo ad legem Iuliam & Papiam.*

NOn eſt ſine [m] liberis, cui vel vnus filius, vnáve filia eſt. hæc enim enuntiatio, [n] *habet liberos, non habet liberos*: ſemper pluratiuo numero profertur, [o] ſicut & pugillares, [p] & codicilli: [q]

CXLIX. IDEM *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

NAm quem ſine liberis eſſe dicere non poſſumus, [r] hunc neceſſe eſt dicam[s] liberos habere.

Minus recipit etiam qui nihil recipit. Bartolus.

CL. IDEM *libro nono ad legem Iuliam & Papiam.*

SI ita à te ſtipulatus fuero: *quanto minus à Titio conſecutus fuero, tantum dare ſpondes?* non ſolet dubitari, [s] quin ſi nihil à Titio fuero cõſecutus, totum debeas quod Titius debuerit.

CLI. TERENTIVS CLEMENS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

DElata [t] hereditas intellegitur, quam quis poſſit adeundo conſequi. [u]

CLII. GAIVS *libro decimo ad legem Iuliam & Papiam.*

HOminis [x] appellatione † tã fœminam quàm maſculum contineri non dubitatur.

CLIII. TERENTIVS CLEMENS *libro vndecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

INtellegẽdus eſt mortis tẽpore fuiſſe, [y] qui in vtero relictus eſt.

CLIIII. MACER *libro primo ad legem vicenſimam.*

MIlle paſſus [z] non à miliario * vrbis, ſed à continen- C tibus [a] ædificiis numerandi ſunt.

CLV. LICINIVS RVFINVS *libro ſeptimo Regularum.*

PRoximi [b] appellatione etiam ille continetur, qui ſolus eſt.

CLI. IDEM *libro decimo Regularum.*

MAiore parte [c] anni poſſediſſe quis intellegitur, etiam ſi duobus mẽſibus poſſederit, ſi modo aduerſarius eius aut paucioribus diebus, aut nullis poſſederit.

CLVII. ÆLIVS GALLVS *libro primo de verborum quæ ad ius pertinent, ſignificatione.*

PAries eſt, ſiue murus [d] ſiue maceria eſt. Item via eſt, ſiue

a *ID apud. Habetur enim.* id eſt haberi videtur: vt & infra tit. j.l.qui autem.& hoc ſecundum vnam ſignificationem verbi habere, id eſt dominium habere: vt infra eo.titu.l. habere. &.s̃. de verbo. obli.l. ſtipulatio iſta.§. habere.&.s̃. de acquir. re. do. l. rem in bonis. ſed verbum penes, ſtrictius ponitur: vt ſupra eo.l.penes. Accurſius.

† Vide Laurent. Val. lib. elegan. 6. c. 48. & Feſtum in ver. Pellex.

* Habemus hic tex. valde no. ad ꝓbandũ qualiter aliqua ſit concubina alicuius. Bolo.

b *MAſurius.* aliàs Maſurius. & aliàs, Libro memorialiũ Maſ. incipit lex iſta.

c *Honeſtiore.* ſcilicet nomine quàm pellicem, & propriore quàm amicam: cum amica nõ ſit ex inhoneſta cauſa: vt hic, & infra.l. latæ.§. amicos.

d *Appellari.* ſcilicet ſcribit Maſurius.

e *Vxor.* ſcilicet alia mulier, non pellex.

f *Quoſdam.* ſcilicet vocare ait, ſcilicet Granius inter quos erat Maſurius in prin. huius legis. Accurſius.

g *In domo ſit.* ſcilicet alicuius, qui nullam habet vxorem.

h *Pallacen.* id eſt concubinam.& ſic concordat cum Maſurio.

i *VIrilis.* ſcilicet partis. da exẽplum: Si duo ſunt inſtituti in viriles partes, quorum vnus deceſſerat, vel poſt deceſſit ante aditam hereditatem: totum habebit ſuperſtes. ſic &. C. de hered. inſtitu.l.ij. Sed proprie virilis, id eſt æqualis: vt ſupra de lega. præſtan.l. virilis. in princip. Accurſius.

k *SOceri.* Prohibentur nuptiæ inter tales. exponit ergo qui ſunt: vt.s̃.de ri.nup.l.adoptiuus.§.videamus. Item prohibentur quidam tertio edicto poſtulare: pro his perſonis excipitur: vt.s̃.de poſtu. l.j.§.ait prætor.&.§.fin.&.l.cui.§. item Pomponius.& facit ſupra eo.l.nurus.&.l.gener. Accurſius.

l *QVi in continentibus.* facit.j̃.eo.l.collegarum.§.j.&.s̃.eo.vt Alphenus.&.l.ædificia.&.l.ij.& quod ibi not. Accur.

m *NOn eſt ſine.* Pone exemplum. C. de condi.inſer.l.j.vbi inſtitui te heredem: & rogaui te vt reddas Titio. ſi deceſſeris ſine liberis. ſufficit filia, & etiam neptis vna: vt hic, & ibi.& facit ſupra de lega.ij.l.cum pater.§.rogo.

n *Enuntiatio.* id eſt quod per enuntiationem ſignificare volumus: ſiue vnus, ſiue plures ſunt liberi.

o *Profertur.* ſcilicet ſi iſte habet liberos. Accurſius.

p *Pugillares.* vt ſupra commo.l.in commodato.§.ſicut.

q *Codicilli.* quandoque hoc fallit in codicillis: quia in ſingulari numero proferuntur: vt in ar. cõtra. C.de ſac.ſac.eccl.l.generali. & iunge.l.ſequen.cum.iſta.econtra quandoque ſingularis oratio plura ſignificat: vt infra eo.l.in vſu.& facit ſupra de li. & poſtu. l.Titius.in princip.

r *NAm. Non poſſumus.* vt quia habet vnum filium. Accur.

ſ *SI ita. Dubitari.* quia pluribus legibus colligitur: vt ſupra de ſolu.l.ſi decem.& de verb.oblig.l.decem.& ſi cer.pe.l.fin. Item & quia verbum minus continet etiam vbi non eſt: vt ſupra eo.l. verbum amplius. in fin.

t *DElata.* Vt ſi pure delata ſit.

u *Conſequi.* per ſe vel per alium: per filium, vel ſeruum. Et da exemplum vt ſupra de acqui.here.l.is qui heres. vbi demum delata poteſt adiri, & repudiari: vnde cõditionalis tantum non dicitur delata, vt ibidem dicitur, argu.ſupra de leg.ij.l.ſi ita re.§.ſub conditione.Bo.poſſeſſio dicitur delata, cum decreta eſt: vt ſupra de ſuc.edi. l.j. §.decretalis.

x *HOminis.* Pone exemplum: vt ſupra vi bono. rap.l.ij. in prin. vbi dicitur hominibus coactis, & eſt verum quod hic dicitur figura vocis & ſignificatione: vt & ſupra eo.l.quiſquis mihi. vnde minus bene inducuntur concordantiæ quæ dicunt maſcu. cõcipere fœmi. vt.j̃.eod. l. pronunciatio. & ſupra eod.l.j.Accur.

† Concor. glo. in ca. 1. §.deinde eligãt. in verb. virũ. in praſan. In contrarium eſt text. in ca. hæc imago. 32.q.5. & in c.ſi quis.ibi, homini aut muliere. Cõtrariũ tamen eſt verius: vt hic, & in iuribus in glo. alle. & ad prædictos tex. in cõtrariũ allegatos reſpon. quòd illud ſit cauſa maioris expreſſionis: vt not. Cardi. in clemen. 1. quæſt.16. de homi. & quæſtio 9.

y *INtelligendus. Fuiſſe.* ſi moritur mater, planum eſt: vt ſupra eo. l. etiam ea. ſi pater, & tunc idem cum de ſuo commodo queritur: vt infra eod. l. quod diximus. & ſupra de ſtatu homi.l.qui in vtero.

z *MIlle paſſus.* Pone exemplum in præfecto vrbis, qui habet iuriſdictionem vſque ad. c. miliaria. ex quo loco incipiunt numerari, hic exponit: vt ſupra de offic. præfect. vrb. l.j. §. cum vrbem. D & dic quòd mille paſſus faciunt miliare: vt colligitur ſupra ſi quis cau.l.j. Accurſius.

* Quid ſit miliarium, vide apud Ant. Aug. lib. 4. c. 7. Plin. lib. 3. c. 5.

a *Continentibus.* Roma enim continentibus ædificiis finitur ſeu terminatur: vt ſupra eo.l.ij.&.l. vt Alphenus. &.l. ædificia. &.l. qui in continentibus. Accurſius.

b *PRoximi.* da exemplũ: vt.s̃.eo.l.proximus.&.j̃.eo.in vulgari.ij.reſpõ. & idem in verbo optimus, & verbo maximus: vt.j̃.eo.l.illa verba.idem in verbo ſupremus: vt.j̃.eo.l.in vulgari.

c *MAiore parte.* Pone exemplum olim in interdicto vtrubi: vt ſupra vtrubi.l.j.in princip.& inſtit.de interdi.§.vtrubi. Et no.de maiori parte anni, hodie ſufficit ſi tempore litis conteſtatæ poſſideat: vt ibidem.

*QVantum ad iuris.* hic erat rubrica antiqua, de iis quæ pertinent ad iuris ſignificationem. Accur. ADDITIO. Prius incipiebat hæc lex, Quantum ad iuris pertinet ſignificationem, paries. quod innuit gloſſema.

d *Murus.* cum cæmẽto: maceria ſine cæmẽto. ſic accipitur.s̃.cõmunia prædio.l.ſi precario. Et erit exemplũ vbi dicitur ꝙ medio pariete vna domus fiũt duæ: vt.s̃.cõmunia prædio.l.ſi quis duas.

Semita.

ſemita [a] ſiue iter eſt. [b]

Sæpe numero ſingulari vtimur pro plurali: vt Liuius, Militem Romanum apud Cannas Hannibal cecidit, id eſt milites Romanos, hoc dicit. Alia exempla ſunt in textu.

CLVIII. CELSVS *libro vicenſimo quinto Digeſtorum.*

IN vſu iuris [c] frequenter vti nos Caſcellius ait ſingulari appellatione, cũ plura generis eiuſdem ſignificare vellemus. nã multum hominem veniſſe Romam, B & piſcem vilem eſſe dicimus.

Item in ſtipulando ſatis habemus de herede * cauere, *ſi ea res ſecundum me heredém've meum iudicata erit.* & rurſus, *quod ob eam rem te heredém've tuum.* [d] nempe [e] æque ſi plures heredes ſint, continentur ſtipulatione.

CLIX. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

ETiam [f] aureos nummos æs dicimus.

Appellatione cæterorum & reliquorum etiam omnes cõtinentur. Exempla ſunt in litera. Bart.

CLX. IDEM *libro ſecundo ad Sabinum.*

CÆterorũ & reliquorum appellatione etiam omnes continentur: vt Marcellus dixit circa eum cui optio ſerui legata eſt, cæteri [g] Sempronio. nam tentat, [h] ſi non optet, omnes ad Sempronium pertinere. †

CLXI. IDEM *libro ſeptimo ad Sabinum.*

NOn eſt pupillus, [i] qui in vtero eſt. [k]

CLXII. POMPONIVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

IN vulgari [l] ſubſtitutione qua ei qui ſupremus morietur, heres ſubſtituitur: rectè ſubſtitutus etiam vnico intellegitur, exemplo duodecim tabularum, ex quibus proximus [m] adgnatus & ſolus [n] habetur. Si quis ita in teſtamento ſcripſerit: *Si quid filio meo acciderit, Damas ſeruus meus liber eſto*: mortuo filio, Damas liber erit. licet enim accidant * & viuis, [o] ſed vulgi [p] ſermone etiã mors ſignificatur.

Gloſſa ponit caſum.

CLXIII. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

ILla verba, [q] *optimus maximúſque*: vel in eum cadere poſſunt, qui ſolus eſt. Sic & circa edictum prætoris ſupræmæ [r] tabulæ habentur & ſolæ. Pueri appellatione etiã puella ſignificatur. [ſ] nam & fœminas puerperas [t] appellãt recẽtes ex partu: & Græcè παιδίον communiter appellatur. [u]

CLXIIII. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

NOmen filiarum & in poſtumam cadere, quæſtionis nõ eſt: [x] quamuis poſtumæ [y] non cadere in eam [z] quæ iam in rebus humanis ſit, certum ſit. Partitionis [a] † nomen non ſemper C dimidium ſignificat: ſed prout eſt adiectum. poteſt enim iuberi aliquis & maximam [b] partiri, poſſe & vicenſimã, & tertiam, & prout libuerit. [c] ſed ſi non fuerit portio adiecta, [d] dimidia pars debetur.

Habere, [e] ſicut peruenire, cum effectu accipiendum eſt.

CLXV. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

VEniſſe [f] ad heredem nihil intellegitur, niſi deducto ære alieno.

CLXVI. IDEM *libro ſexto ad Sabinum.*

VRbana [g] familia & ruſtica, non loco, [h] ſed genere di-

---

a *Semita.* lapidibus facta ſine cæmentis. Ir.

b *Iter eſt.* Id ergo quod eſt iter, dicitur via, vt hic, & ſupra de ſer. ruſtic. præd. l. certo. §. ſi totus. in fin. & de ſer. l. ſi tam anguſti. & hoc impropriè. proprie autem differunt: vt inſtitu. de ſerui. §. j. ij. &. iij. quæ ſunt contra.

A

c IN *vſu iuris.* ſtricti. quaſi dicat, dum iura legimus, plerunq; ſingularem numerũ inuenimus pro plurali: * vt in exemplis huius. l. & ecõtra pluralem pro ſingulari: vt. ſ. eo. l. non eſt. Et no. ſ. de pe. here. l. diuus. in fin. Accur.

*] Concor. tex. in ca. is cui. §. ſi vero. cum ibi not. de præben. lib. 6. & ad id quod ſequitur in glo. concor. tex. in c plu ralis. cũ gl. & no. eo. li. de regu. iur.

d *Tuum.* dare oportebit, promittis.

e *Nempe.* id eſt certe.

f ETiã. Dicit quòd appellatiõe æris continetur & aurũ: vt cum dicimus æs alienum: vt. j. eo. l. cedere. §. æs. &. ſ. e. l. ſubſignatum. §. bona. &. C. de bo. quæ lib. l. vbi autẽ. Quandoque ponitur ſtricte pro eo quod eſt ſimile auro: vt ſupra de pig. act. l. j. & de contrahen. emp. l. in venditionibus. §. inde quæritur.

* heredem cauere.

g CÆterorum. Cæteri. vel reliqui: vt. ſ. de opt. le. l. cum optio. & fa. C. de here. inſtit. l. ij. &. ſ. eod. l. poſt reliquorũ. & quod ibi not.

h *Nam tentat.* ſcilicet dicere Marcellus. Azo.

i NOn eſt pupill⁹. ſed eſſe ſperatur. Ac.

k *In vtero eſt.* exiſtimatur enim viſcerũ pars: vt. ſ. de ven. inſpic. l. j. §. ex hoc reſcripto. nec ob. ſ. de vſuca. l. ſi aliena. §. Scæuola. quia ibi in nato, qui nõ eſt portio matris: hic in naſcituro. vel dic vt ibi. Itẽ arg. cõtra. j. eo. l. quod dicimus. &. ſ. de iniuſt. teſt. l. iij. §. ſed cum. Tutor etiam ei datus non tenetur vt tutor: niſi naſcatur, & tunc gerat: vt. ſ. de neg. geſt. l. cum pater. Accurſius.

† Perperam in vulg. edit. hic interſerebatur l. 163. j. eo. Ant Aug li. 3. cap. 1.

l IN *vulgari.* id eſt in pupillari, quæ ratione ſubſtituti dicitur vulgaris, eo quòd quilibet ſubſtitui poteſt. ratione vero eius cui ſubſtituitur, eſt pupillaris. & da exemplum. ſ. de reb. du. l. qui duos. §. nam & qui vnicum. vbi dicitur, etiam qui vnicum filiũ habet pupillum, poteſt ei ſubſtituere his verbis: Titium ſubſtituo ei filio qui ſupremus morietur. & ſic ſupremus non ponitur reſpectiue: vt. j. l. illa verba. Sed in propria ſignificatione non dicitur niſi quando plures ſunt: & ius legitimarum hereditatum inter eos vult ſeruari: vt. ſ. de vul. ſubſti. l. vel ſingulis. & inſtit. de pupil. ſub. §. ſingulis. ſed ne fatuum putes per omnia fuiſſe teſtatorem, pone quòd cum iam nato ſubſtituit naſciturum, qui tamen poſtea natus non eſſet. Accur.

m *Proximus.* ſcilicet filio.

n *Solus.* vt. ſ. eo. l. proxi. & l. proximus. & quod ibi not.

o *Viuis.* dicitur accidere viuis, quando aliquod infortunium eis aduenit: tamen & morientibus ſimiliter accidit: hic tamen ſola mors, vt dicit. & probatur hoc idem quòd ſola mors contineatur, cum dicitur acciderit: vt. ſ. depo. l. Publia. in princ. & inſtit. de dona. §. j. & ſupra de leg. iij. l. vxore. §. Seia. Accurſius.

p *Vulgi ſermone.* aliàs vulgi opinione, & aliàs vulgi ſermone. ſic ſupra eo. l. anniculus. & de fun. inſt. & inſtrum. lega. l. cum de lanionis. §. aſinam.

q ILla verba. Pone lego vel promitto tibi fundum meum optimum maximúmque: vt. j. eo. l. non tantum. nam licet vnũ tantum habeat, valet legatum: & hoc impropriè: cum ſit ſuperlatiuũ & reſpectiuum. & facit. ſ. eod. l. proxi. & quod ibi dixi.

r *Supremæ.* ex quibus permittitur bo. poſ. ſecundum tabu. vt. ſ. de bo. poſ. ſecundũ tab. l. j. §. j. & hoc impropriè, cum ſit ſuperlatiuum & relatiuum & reſpectiuũ: vt. ſ. eo. l. proxi.

* accidat & viuis, tamen vulgi.

ſ *Significatur.* quia maſculinum, &c. vt not. ſupra eo. l. j.

t *Puerperas.* Sed quæ eſt probatio hæc? Reſpon. bona & mirabilis. cum enim dicatur puerpera, licet puellam recenter peperit: patet quòd puer in illo nomine puerpera, puellã ſignificat: quo tẽpore nec ad iudicium ire tenetur: vt. ſ. ſi quis cau. l. ij. §. ſi non propter.

u *Appellatur.* tam maſculus quàm fœmina.

x NOmen. Non eſt. vt ſi lego filiabus, & poſtumis filiabus videor legare: vt. ſ. de le. j. l. qui filiabus. in princ. Item ſi do tutorẽ filio meo: vt inſtit. qui. da. tu. poſ. §. fin. ſed non eſt ecõtra quòd appellatione poſtumæ contineatur nata: vt ſubiicit. & ſic eſt ecõtra inſti. qui. da. tut. poſſ. §. fina. ibi, plane ſi poſtumi. Solutio: ibi intelliguntur appellatione poſtumorũ cęteri liberi, ſcilicet nepotes poſtumi, nõ autem nati. Alij dicunt ibi ſpeciale in tutore, vt appellatione poſtumi contineatur nati. prima placet.

† De hac partitione vide. §. ſed quia. de fidei commiſ. here. Inſti. Perperã in vulg. legebatur Portionis.

y *Poſtumæ.* ſ. nomen.

z *In eam.* ſ. filiam.

a *Partitionis.* aliàs portionis.

b *Maximam.* aliàs maximam partem. ſcilicet iuberi præſtare, & poſſe, &c. aliàs maximã partiri: & tunc ſub. partem. q. d. poteſt iubere diuidi & præſtari poſſe vicenſi. &c. ſcilicet iubere diuidi & præſtari poſſe. vel dic maximam poſſe, &c. ſcilicet in paruam: & ſic ſubaudies ſemper.

D

c *Et prout libuerit.* ſcilicet proferenti.

d *Adiecta.* habes exemplum. C. de iure emphy. l. j. & inſtit. loc. §. adeo. item. ſ. de vſufruct. l. etiam.

e *Habere.* pone exemplum in ſtipulatione, licere habere: vt. ſ. de verb. obli. l. ſtipulatio iſta. in prin. &. §. habere. &. j. eo. l. habere. & fa. ad verbũ peruenire. ſ. eo. l. aliud eſt. ij. rñ. & quod ibi no. Acc.

f VEniſſe. quantum ad legata, non quo ad æs alienum: vt ſupra ad Trebe. l. j. §. is qui quadringẽta. &. C. de iur. deli. l. ſcimus. §. j. & facit ſupra eo. l. aliud eſt. & ſupra quod cum eo. l. ſi filius. §. ſi. & ſupra eo. l. ſubſignatum. §. bona. & ſupra ne quis eum qui in ius voc. l. pen. §. docere.

g VRbana. pone exemplum: ſi teſtator legauerit familiam vrbanam vel ruſticam: qui contineantur in qualibet familia: vt ſupra de leg. iij. l. ſeruis vrbanis.

h *Non loco.* aliàs nõ genere, ſed loco. & aliàs nõ loco, ſed genere,

ſcilicet miniſterij : & hæc vera. nam licet in prædiis ruſticis ſit, ſi tamen opera ruſtica non faciat, de vrbana familia eſt : vt.d.l.ſeruis. ſic & prædium ruſticum diſcernitur ab vrbano, non loco, ſed qualitate : vt eod.l. vrbana prædia. &. C.de prædi. mino.l. ſi prædium.

r *Pali.* idem ſupra de lega.iij.l.pali.& de fundo inſtructo.l. inſtrumenta.Accurſius.

A s *Non tantum.Non vt etiã.* ad hoc.ſ.de leg.j.l.ſeruo legato.§. ſi fundus.& de euic.l.pe.&.ſ.eo.l.qui vti.vbi plene dixi.

t *Debeantur.* à fundis vicinis.Accurſius.

a *Aliquis.* ſcilicet ſeruorum vrbanorum hactenus, nunc diſpenſator ſeruorum, ſcilicet ruſticorum.nõ eſſe numero vrbanorũ,ſcilicet deinceps : veluti,&c.

* vbiq; Cuiacius legit ad titu. de ſeruit. Inſti.

b *A villico.* quantum ad habitationẽ : ſed in diſpẽſando diſtat. nam villicus non diſpenſat, ſed fructus congregat: vt ſupra de inſtit. act.l. ſi cum villico.

† cibariis. cõfer .l. ſeruis vrbanis. ſ. de lega 3.

c *Inſularius.* qui inſulas cuſtodit.

d *Ex numero familiæ.* ſcilicet videamus quẽ in qua familia numerauit & tenuit : vt &.d.l. ſeruis.§.j.ij.&.iij.

e *Ex vicariis.* vt ſi ſeruo vrbano ruſticũ pro vicario aſſignauit:& is vicarius vrbanus videatur. Azo. & facit infra eo.l.is qui natus.

f *Pernoctare.*pone exẽplum ex lege ſupra de offic. præſi. l. illud. & pernox dicitur, qui tota nocte vigilat.Accur.

* Sulphurata.

g *Per.* ſic aliàs de : vt ſ.depoſiti.l.j. in princ. Accurſius.

h *Carbonum. Materiam.* ſcilicet carbonum : vt aſtellæ, ſiue ligna : non ſunt ergo carbones : ſed nec ſunt ligna ad coquendum vel calefaciendũ, quę proprie ſunt ligna: ſed ad carbones ſunt materia. ſic probatur ſupra de leg.iij l. ligni. in prin.&. §.ſi lignum. ſic ergo appellatione materiati non continetur materia: vt hic. vnde appellatione libri non continentur chartæ : vt ſupra de leg. iij. l.librorum.§. quod tamen. Nec econtra appellatione materiæ cõtinetur materiatum:vt ſupra de lega. iij. l. ſeruis.R.

† Alcia. lib. 2. prætermiſ.

ſtinguitur. poteſt enim aliquis[a] diſpẽſator non eſſe ſeruorum vrbanorum numero : veluti is qui ruſticarum rerum rationes diſpẽſet,ibique[*] habitet, nõ multum abeſt à villico.[b] Inſularius[c] autem vrbanorum numero eſt. Videndum tamen eſt, ipſe dominus quorum loco quemque habuerit: quod ex numero familiæ[d] & vicariis[e] † apparebit. Pernoctare[f] extra vrbem intellegendus eſt, qui nulla parte noctis in vrbe eſt.*per*[g] enim totam noctem ſignificat.

CLXVII. VLPIANVS *libro viceſimoquinto ad Sabinum.*

Carbonum appellatione materiam[h] non contineri. ſed an lignorum?[i] Et fortaſſis quis dicet nec lignorum. non enim lignorũ gratia habuit. Sed & titiones,& alia ligna cocta ne fumum faciant, vtrum ligno, an carboni, an ſuo generi adnumerabimus? Et magis eſt vt proprium genus[k] habeatur. Sulpurata[l] [*] quoque de ligno,æque eandem habebunt definitionem.[m] Ad faces quoque parata,[n] non erunt lignorum appellatione comprehenſa: niſi hæc fuit voluntas.[o] Idem † & de nucleis oliuarum, ſed & de balanis eſt : vel ſi qui alij nuclei.[p] De pinu autem integri ſtrobili,[q] ligni appellatione cõtinebuntur.

CLXVIII. PAVLVS *libro quarto ad Sanum.*

Pali[r] & perticæ in numerum materiæ redigendi ſunt : & ideo lignorum appellatione non continentur.

CLXIX. IDEM *libro quinto ad Sabinum.*

Non tãtum in traditionibus, ſed & in emptionibus & ſtipulationibus & teſtamentis adiectio hæc, *Vti optimus maximúſque eſt*:hoc ſignificat, vt liberum præ- D

ſtetur prædium, non vt etiam[ſ] ſeruitutes ei debeantur.[t]

CLXX. VLPIANVS *libro trigenſimotertio ad Sabinum.*

Heredis appellatione omnes[u] ſignificari ſucceſſores credendum eſt, etſi verbis non ſint expreſſi.

CLXXI. POMPONIVS *libro ſextodecimo ad Sabinum.*

Perueniſſe ad te rectè dicitur quod per te ad alium peruenerit : vt in hereditate à liberto[x]
B per patronum filiumfamilias patri eius[y] adoptiuo adquiſita reſponſum eſt.

CLXXII. VLPIANVS *libro trigenſimooctauo ad Sabinum.*

Liberti[z] appellatione etiam libertam contineri placuit.

CLXXIII. IDEM *libro trigenſimonono ad Sabinum.*

Collegarum appellatione hi continentur, qui ſunt eiuſdem[a] poteſtatis.[b] Qui extra[c] continentia vrbis eſt, abeſt : cæterùm vſque ad continentia non abeſſe videbitur.

CLXXIIII. IDEM *libro quadragenſimoſecundo ad Sabinum.*

C Aliud eſt[d] promittere furem nõ eſſe : aliud furto noxáque ſolutum. Qui enim dicit furem non eſſe, de hominis propoſito loquitur : qui furtis noxáque ſolutum, nemini eſſe furti obligatum promittit.

CLXXVI. POMPONIVS *libro vicenſimoſecundo ad Sabinum.*

Faciendi[e] verbo, reddendi etiam cauſa continetur.

CLXXVI. VLPIANVS *libro quadragenſimoquinto ad Sabinum.*

Solutionis[f] verbo ſatisfactionem[g] quoque omnem accipiendam placet. Soluere dicimus eum, qui fecit quod facere promiſit.

CLXXVII. IDEM *libro quadragenſimoſeptimo ad Sabinum.*

u *Heredis. Omnes.* primos & vlteriores : vt ſupra eo. l.heredes. & de leg.iij. ſi plures gradus. &. C. de vſufruct. l. antiquitas.Item iuris ciuilis & prætorij : vt ſupra eo. l. hereditatis. ſed improprie hic vltimus:vt ibi dixi.

x *Perueniſſe. A liberto.* defuncto.

y *Patri eius.* ſcilicet patroni adoptati. ſic ſupra.e.l.cepiſſe.& quod ibi dixi : licet nec momẽto ſteterit penes te: vt ſupra de adquir.her. l. placet. de adoptiuo dic. id eſt de arrogato: quia cum erat ſui iuris, eum manumiſit. Alij dicunt patri eius, ſcilicet liberti. nam ſic ponunt quòd filiusfamil. miles ſeruum manumiſit : hic libertus à patre eiuſdem militis poſtea eſt adoptatus. Sed quomodo potuit tenere adoptio : vt ſupra de ſta.ho.l.fin.& de adop. l.ſi pater.in fin.& de in ius vo.l. ſed & ſi. §.ij? Reſpõ.tenuit per principem : vt ſupra de ſta. ho.l.ij.

z *Liberti.* Prædio legato libertis,liberti & libertæ continentur:vt ſupra de leg. ij.l. cum pater. §. cum inter. & facit ſupra.eo. l.patroni.& quod not. ſupra eo.l.j.Accur.

a *Collegarum. Eiuſdem.* id eſt qui habent ſimilem poteſtatem.

b *Poteſtatis.* vt duo cõſules : vt ſupra de offic. proconſu.l. j. §.j. &.ſ. de manu. vind. l. apud filium.§. apud collegã. Item & duo tutores. nam & ipſi poteſtatem habent.inſtit. de tut.§. tutela eſt. quandoque tamen ponitur pro familiari ſocio : vt in Topicis Ariſtotelis.

i *Sed an lignorum.* ſ.appellatione continetur materia carbonum.

k *Proprium genus.* ſcilicet titionum. Accurſius.

l *Sulphurata.* ſcilicet ligna,vt melius ardeant : & in hoſtium caſtra iaciantur.Accurſius.

m *Definitionem.* vt habeant proprium genus.vel dic econtra, id eſt ad lignum trahantur : quod verius eſt ſecundum Azo.

n *Parata.* ſcilicet ligna,vt lumen miniſtrent diſcumbentibus : vt fit in montanis,& etiam in Prouincia. Accurſius.

o *Voluntas.* teſtantis,vel aliàs contrahentis.

p *Nuclei.* in his idem eſt, vt lignorum appellatione non contineantur, quia non indifferenter cum aliis lignis habentur : imò ob aliquod ſpeciale, puta medicinalem ignem, vel ſuffumigationem : non ob coquinam. Accurſius.

q *Strobili.* nuces ſunt pineæ,à quibus nuclei ſunt extracti : & indifferenter vtimur eis pro lignis. & habes hoc de verbo ad verbum ſupra de leg.iij.ligni.§.ſed ſi.vſque in fin.

c *Qui extra.* pone exemplum ſupra de procu.l.& qui in foro.vbi videtur procurator abſentis.Item facit ſupra eod.l. qui in continentibus.Et not.quòd multis modis dicitur abſens : vt not.infra eo.l.abſentem.Accurſius.

d *Aliud eſt.* qui ſeruum vendit, debet promittere non eſſe furem ſui, vel alterius rei.Item nox.ſolutum eſſe : vt ſupra de act.emp.l.ex empto.§.& ſi ignorantis. Item ſi hæc adſunt, debet prædicere:vt ſupra de ædil.edic.l.quis ſit fugitiuus.§.quod aiunt.&.l.ſi furtum.& de euic.l.Lucius.§.fin.

e *Faciendi.* quod me.cauſa factũ erit,&c.vt.ſ.quod me.cau. l.j.in prin.exponit factum & ſolutum vel redditum : vt in eo.tit.l.extat. &.j.eo.l.verbum facere.& not.vt dixi.ſ.eo.l.licet.

f *Solutionis.* habes idem ſupra de ſolu.l.ſolutionis verbum.& dic vt not.ſupra eo.l.liberationis.

g *Satisfactionem.* in alia re ad voluntatem creditoris.Accur.

*Natura.*

Natura [*] cauillationis, quam Græci σωρείτην appellauerunt, hæc eſt, vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes [a] diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt, perducatur.

CLXXVIII. IDEM *libro quadrageſimonono ad Sabinum.*

Pecuniæ [b] † verbum non ſolùm numeratam pecuniam complectitur, verùm omnẽ omnino pecuniam, hoc eſt, omnia corpora. Nam corpora quoque pecuniæ appellatione contineri, nemo eſt qui ambiget. Hereditas, iuris [c] nomen eſt, quod [d] & acceſſionem & deceſſionem [e] in ſe recipit. Hereditas autem vel [f] maximè fructibus [g] augetur. B

Actionis verbum & ſpeciale eſt, & generale. [h] Nam omnis actio dicitur, ſiue in perſonam ſiue in rem ſit petitio. [i] Sed plerumque actiones perſonales [k] ſolemus dicere: petitionis autem verbo, in rem actiones ſignificari videntur. Perſecutionis verbo extraordinarias perſecutiones puto contineri: vt puta fideicommiſſorum, [l] & ſi quæ aliæ [m] ſunt quæ non habent iuris ordinarij executionem. C

Hoc verbum *debuit*, [n] omnem omnino actionem comprehendere intellegitur: ſiue ciuilis, [o] ſiue honoraria, [p] ſiue fideicommiſſi fuit perſecutio. [q]

CLXXIX. IDEM *libro quinquageſimoprimo ad Sabinum.*

Inter hæc verba: *Quanti ea res erit*: vel, *Quanti eam rem eſſe patet*: [r] nihil intereſt. in vtraque enim clauſula placet veram rei æſtimationem fieri.

CLXXX. POMPONIVS *libro trigenſimo ad Sabinum.*

Tugurij appellatione omne ædificium quod ruſticæ magis cuſtodiæ conuenit, quàm vr- D banis [ſ] ædibus, ſignificatur. Ofilius ait tugurium à tecto, tanquã tegularium, eſſe dictum: vt toga, quòd ea tegamur. [t]

CLXXXI. IDEM *libro trigenſimoquinto ad Sabinum.*

Verbum † illud *pertinere*, latiſſimè patet. nam & eis rebus petendis [u] aptum eſt, quæ dominij [x] noſtri ſint: & eis, quas iure aliquo [y] poſſideamus, quamuis non ſint noſtri dominij. Pertinere ad nos etiam ea dicimus, quæ in nulla eorum cauſa ſint, ſed eſſe poſſint. [z]

CLXXXII. VLPIANVS *libro vicenſimoſeptimo ad Edictum.*

Paterfamilias liber peculium non poteſt [a] habere, quemadmodum nec ſeruus bona. [b]

CLXXXIII. IDEM *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

Tabernæ [c] appellatio declarat omne vtile ad habitandum ædificium: nempe [*] ex eo quòd tabulis cluditur. [d] †

CLXXXIIII. PAVLVS *libro trigenſimo ad Edictum.*

Inde [*] tabernacula & contubernales [e] dicti ſunt.

CLXXXV. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

Instructam autem tabernã ſic accipiemus, quæ & rebus & hominibus ad negotiationem paratis conſtat. [f]

CLXXXVI. IDEM *libro trigenſimo ad Edictum.*

Commendare [g] † nihil aliud eſt quàm deponere.

CLXXXVII. IDEM *libro trigenſimoſecundo ad Edictum.*

Verbum *exactæ pecuniæ*, non ſolùm ad ſolutionem referendum eſt, verum etiam ad delegationem. [h]

CLXXXVIII. PAVLVS *libro genſimotertio ad Edictum.*

---

a *Natura. Mutationes.* terminorum diſſimiliter acceptorum: vt ecce, res diuinæ ſunt in bonis nullius. ſed quod in bonis nullius eſt, conceditur occupanti: ergo res diuinæ conceduntur occupanti: quod eſt falſum. & terminus, nullius, diſſimiliter in poſitione & aſſumptione ponitur. nam primo cenſura, ſecundo ſecundum naturam. & plene de his not. infra tit. j. l. ea eſt.

b *Pecuniæ.* hic dic vt not. ſupra eo. l. pecuniæ. & l. rei. Accurſius.

c *Iuris.* vendita hereditate ipſum ius, non autem res de hereditate videtur vendi: vnde non præſtatur euictio eis euictis: vt ſupra de hered. ven. l. ij. in prin. res ergo ipſæ non ſunt hereditas: vt hic, & ſupra de bo. poſſ. l. iij. §. hereditas. & ſupra eod. l. hereditatis appellatione. & de peti. here. l. hereditas.

d *Quod.* nomen.

e *Et deceſſionem.* id eſt deminutionem: ſicut & peculium: vt ſupra de pecu. l. peculium naſcitur.

f *Vel.* pro ſaltem.

g *Maximè fructibus.* vt ſupra de petit. hered. l. item veniunt. §. fructus autem. & l. illud. §. prædo. & C. de peti. hered. l. ſi poſt motam. in fin. Maxime autẽ ideo dicit, quia & ex aliis augetur: vt ſupra de peti. hered. l. ſed & ſi lege. §. augetur. & l. quod ſi oues. & l. ancillarum. & l. poſt ſenatuſcon. & l. ſequen.

h *Generale eſt.* id eſt quandoq; ſtricte, quãdoque large ponitur. Accurſius.

i *Sit petitio.* & hoc modo accipitur ſupra de act. & obli. l. actionum genera. & C. de here. vendi. l. fin.

k *Perſonales.* & ſic ſtrictiſſime accipitur. ſ. de actio. & obli. l. actio in perſonam. Accurſius.

l *Fideicommiſſorum.* quę olim officio, non act. petebantur: vt inſtitu. de fideicommiſ. here. in princ. ſed hodie etiam per actionem: vt C. communia. de leg. ij. Accurſius.

m *Aliæ ſunt.* vt petitiones ſatiſdationum, legatorum, & fideicommiſſorum, & dam. infect. ſed hæc largiſſimo modo continẽtur actionis nomine: vt. ſ. de actio. & obli. l. actionis verbo.

n *Debuit.* vel debere, vel debitorem eſſe, idem eſt. pone ergo exemplum ſupra de fideiuſ. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. & facit ſupra eo. l. creditores. & l. ſi cui. & quod ibi not. Accur.

o *Siue ciuilis.* vt rei vindicatio.

p *Siue honoraria.* vt Publiciana. Accurſius.

q *Perſecutio.* de hac ſupra proxi. Accurſius.

r *Inter hæc verba. Paret.* aliàs paret: & aliàs apparet. & da exemplum. ſ. ad. l. Aquil. ſi ſeruus ſeruũ. §. tertio capite. & inſtit. de le. Aquil. in prin. Item aliud. ſ. vi bo. ra. l. prætor ait, cuius dolo malo. §. hæc autem actio. Item aliud. ſ. de dol. l. arbitrio. in princ. Item aliud. ſ. ſi quis ius di. nõ ob. l. j. §. fin. Item aliud. ſ. qui ſatiſd. cog. l. ij. §. fin. Item aliud. ſ. de dam. infect. l. iiij. §. deinde. Accur.

ſ *Tugurij. Vrbanis.* repete, conuenit.

t *Tegamur.* aliàs tegamur: & aliàs tegatur. & not. deriuationem & interpretationem cuiuſlibet nominis in cauſis. ſic enim argumentamur: tutor eſt, ergo tueri debet. vel, tuetur: ergo eſt tutor. Item teſtamentũ eſt teſtatio mentis. Ariſtoteles vocat hanc argumentationem ex denominatione: vel ex vi nominis, quam etymologiã dicimus. ſed argu. contra infra eo. l. tabernæ.

u *Verbum illud. Petendis.* cum nõ poſſidemus. Accur.

x *Dominij.* vel quaſi dominij.

y *Iure aliquo.* id eſt tit. vel ex cauſa pignoris: vel etiam ſi nullum habemus ius quãtum eſt contra non dominum: vt. C. de rei vindi. l. res alienas. & ſic recte legitur. vel dic quòd hęc dictio quamuis, non refertur ad proximum dictum: ſed ſuperius: hoc modo: petentis inquam à nobis non poſſidentibus, quamuis, &c. vt quia Publicianam vel hypothecariam habemus.

z *Poſſint.* vt quæ ex aliquo contractu nobis debentur. & fa. ad hanc. l. ſupra de eden. l. prætor. §. hoc edicto. & §. pertinere. & ſupra quemadmo. teſta. ape. l. ij. §. ad cauſam.

a *Paterfamilias. Nõ poteſt.* Intellige prout accipitur peculium ſupra de peculio. Et da exemplum. C. de inoffic. teſt. l. fin. in fin. ſi autem aliter accipias, poteſt habere: vt ſupra ad Trebel. l. cogi. in princ. & ſupra de le. iij. ſi chorus. §. j. quæ ſunt argu. contra. quot modis dicitur, not. ſupra de peculio, in rubrica. Accurſius.

b *Nec ſeruus bona.* de hoc da exemplum ſupra ex qui. cau. ma. l. recte.

c *Tabernæ.* da exẽplum ſupra de fundo inſtru. & inſtru. leg. l. tabernam. vbi fuit legata taberna. Accurſius.

d *Cluditur.* dicitur taberna omne ædificium: ſed extra ſumpta ſignificatione.

e *Inde tabernacula & contubernales.* ſeruus & ancilla contubernio iuncti: vt. j. eo. l. libertorum. §. ſed Papirius. vel ſocij in exercitu & in eodem tentorio: vt. ſ. cõmo. l. rem mihi. §. j.

f *Inſtructam. Conſtat.* facit. ſ. de fun. inſtru. l. tabernam.

g *Commendare.* Pone exemplum ſupra depoſiti. l. Lucius. & hoc in rebus. in hominibus autem ponitur pro laudare: vt ſupra man. l. ſi vero non remunerandi. §. cum quidam. Accur.

h *Verbum. Ad delegationem.* ſoluit enim qui delegat: vt ſupra ad Velle. l. quamuis. §. interdum. Azo. & per conſequens creditor videtur exegiſſe, cum debitor ſit liberatus: vt ſupra de tu. & cu. da. ſi probatum. & ſupra de fideiuſ. qui debitorem. & l. qui ſatiſdare. in fin. & ſupra man. l. inter cauſas. §. abeſſe. Sed arg. contra. ſ. ſo. m. ſi cum dotem. in princ. ſed ibi ſpeciale fauore dotis. vel fuit ibi mulier decepta dolo delegantis.

---

* Alcia lib. 2. prętermiſ.

† De hac dictione vide Alexan. ab Alexan. lib. 4 cap. 15. Aug. libr. 4. c. vlt.

† Adde gl. in. c. inter dilectos. de fide inſtru. & in. c. ad ſedem extra de reſt. ſpo. & in. c. cum eccleſia Sutrina. de cauſa. poſ. & proprie. & quid importet, notaui in apoſt. ad Guill. de Cung. in l. domũ. nu. 1. in verſi. pertinere ſit generale. C. de rei vin. & ad Iac. Rebuf. in. l. omnes. nu. 2. de col. fũ. patri. lib. 11. C.

* in Tuſco codice, non ex eo: quod repugnat ĩterpretationi Sexti Põpeij & omnium ferè grãmaticorum.

† Veteri more rectè ita ſcriptum. Ant. Aug. libr. 1. c 2.

* Vnde.

† Concor. tex. in. l. Publia. ſ. depoſi. text. in cano. ne quis. 22. q. 5. text. in. c. 1. depoſi. extra text. in l cum hereditas. depoſi C & ibi Barto. & Pau. & Fran car. ad Pau. Addo ego text. in ca. nemo deinceps. de elec. in. 6. Soluere dicitur qui delegat.

HAbere, duobus modis dicitur: altero, iure dominij: altero, obtinere ſine interpellatione id quod quis emerit. [a] Cautum intellegitur, ſiue perſonis, [b] ſiue rebus [c] cautum ſit.

CLXXXIX. IDEM *libro trigenſimoquarto ad Edictum.*

FAcere [d] oportere & hanc ſignificationem habet, vt abſtineat quis ab eo facto quod cõtra conuentionem fieret: & curaret ne fiat. B

CXC. VLPIANVS *libro trigenſimoquarto ad Edictum.*

PRouinciales eos accipere debemus, qui in prouincia domicilium [e] habent: non eos [f] qui ex prouincia oriundi ſunt.

CXCI. PAVLVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

INter diuortium & repudiũ hoc intereſt, quòd repudiari etiam futurum [g] matrimonium poteſt: non rectè autem ſponſa diuortiſſe dicitur. quod diuortium ex eo dictum eſt, quòd in diuerſas partes eunt [h] qui diſcedunt.

CXCII. VLPIANVS *libro trigenſimoſeptimo ad Edictum.*

HÆc adiectio, *Pluríſve,* [i] nõ infinitam pecuniam continet ſed modicam: [k] vt taxatio hæc, *Solidos* [l] *decem, pluríſve*: ad minutulam ſummam referatur. C

CXCIII. IDEM *libro trigenſimooctauo ad Edictum.*

HÆc verba, [m] *quanti eam rem paret* [n] eſſe: non ad quod intereſt, ſed ad rei æſtimationem referuntur. [o]

CXCIIII. VLPIANVS *libro quadragenſimotertio ad Edictum.*

INter donum † & munus hoc intereſt, quod inter genus & ſpeciem. nam genus eſſe donum Labeo, à donando dictum: munus ſpeciem. nam munus eſſe donum cum cauſa: [p] vtputa natalium, nuptalicium. D

CXCV. IDEM *libro quadragenſimoſexto ad Edictum.*

PRonuntiatio [q] ſermonis in ſexu maſculino, [r] ad vtrumque ſexum [ſ] plerumque [t] porrigitur.

Ab hinc vſque ad finem legis cum. l. ſeq. ponit multimodam ſignificationem iſtius vocabuli, familia. vide per partes text. cum gl. & habebis caſum. Bartolus.

Familiæ appellatio qualiter accipiatur, videamus. Et quidem variè accepta eſt. [u] nam & in res & in perſonas deducitur. [x] In res, vtputa in lege duodecim tabularum his verbis: *Adgnatus proximus familiam* [y] *habeto.* Ad perſonas [z] autẽ refertur familiæ ſignificatio, ita, cum de patrono & liberto loquitur lex: [a] *Ex ea* [b] *familia* (inquit [c]) *in eam familiam.* [d] & hic de ſingularibus [e] perſonis legem loqui conſtat. Familiæ [f] appellatio refertur & ad corporis [g] cuiuſdam ſignificationem: quod aut iure proprio ipſorum, aut communi vniuerſæ cognationis continetur. Iure * proprio familiam dicimus plures perſonas quæ ſunt ſub vnius poteſtate, aut natura [h] aut iure ſubiectæ: vtputo patrẽfamilias, matremfamilias, filiumfamilias, filiamfamilias, quíq; deinceps vicem eorum ſequuntur: vtputa [i] nepotes, & neptes, & deinceps. Pater autem familias appellatur, qui in domo dominium habet. rectéque hoc nomine appellatur, quamuis filiũ non habeat. non enim ſolam perſonam [k] eius, ſed & ius demonſtramus. Deniq; & pupillum patremfamilias appellamus. Et cum paterfamilias moritur: quotquot capita ei ſubiecta fuerint, ſingulas familias incipiunt habere. Singuli enim patrumfamiliarum nomen ſubeunt. Idémque eueniet & in eo qui emancipatus eſt. nam & hic ſui iuris effectus, propriam familiam [l] habet. Cõmuni iure [m]

*iure enim.

a HAbere. Emerit. vel ex alia cauſa habeat: ſiue poſſideat, ſiue non: vt ſupra de verb. obli. ſtipulatio iſta. §. habere. A & dixi de hoc ſupra eo. l. id apud ſe. Accurſius.

b *Siue perſonis.* id eſt fideiuſſoribus.

c *Siue rebus.* id eſt pignoribus. nam nomen rei generale eſt, ad omnem cauſam pertinens, vt hic: & ſupra de præto. ſtipul. l. j. §. communes. ſi tamẽ teſtator vel lex præcipiat caueri, ſine fideiuſſ. vel pignore intelligitur: vt C. eo. l. iij. cum in generibus ſit electio debitoris: vt inſtit. de act. §. præterea. Accur.

d FAcere. aliàs facere oportere: puta dolum abeſſe, vel licere mihi habere. aliàs facere nõ oportere. ſcilicet dolum adeſſe, vel aliquid per quod mihi habere non liceat: & ſic da exemplum ſupra de verbo. obliga. inter ſtipulantem. §. & qui ſpondet. & facit inſtit. de nupt. §. ſi vxor tua. & ſupra de leg. ij. l. cum pater. §. rogo. & infra eo. l. verbum facere. & dixi ſupra eo. l. licet. in fine. Accurſius.

e PRouinciales. Domicilium. vt ibi habitent: & ſic Romani: vt. ſ̃. de ſtatu homi. l. in vrbe. Accurſius.

f *Nõ eos.* ſcilicet dumtaxat. vel dic ſecundo, non eos, ſed omnes. & ſecũdum hoc aliud eſt in ciuitate in qua natus eſt. nihilo minus enim eius ciuitatis dicitur, licet alibi habeat domicilium: vt. C. de adop. l. in adoptionem. & ſupra ad municipal. l. aſſumptio. in prin. &. §. j.

g INter diuortium. Futurum. & ſic inter ſponſos: & plene dixi. ſ̃. eo. l. inter ſtuprum. §. diuortium. Accur.

h *Eunt.* vt ſupra de diuor. & repu. l. ij. hoc autem inter ſponſos non eſt.

† Vide in hac. l. Alc. lib. diſpun. 3 ca. 13. & Vallam lib. eleg. 6. cap. 39.

i HAec adiectio, Pluríſve. da exemplum vt ſupra de in lit. iuran. l. cum furti. Acc.

k *Modicam.* id eſt duos aureos: vt ſupra de dolo. l. idem. ſecundum quoſdam. alij vſque ad quartam eius quod principaliter dicitur, id eſt de quo agitur: arg. C. de inoffic. teſta. l. ſi quis in ſuo. vbi quartam appellat minuſculam. tu dic arbitrio iudicis: vt ſupra de iure deliber. l. j. §. ait prætor. Item facit ſupra ex qui. cau. ma. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimplici. & ſupra ſi quis cau. l. & ſi poſt tres. & quod ibi in hoc dixi. & infra proxi. §. hæc adiectio, &c.

l *Solidos.* hæc eſt quaſi expoſitio principij legis, &c.

m HAec verba. hic da exemplum, & dic plene vt dixi ſupra eo. l. inter hæc verba.

n *Paret.* aliàs apparet.

o *Referuntur.* quia non ex affectu pretia rerum conſtituuntur: ſed communiter ſtatuuntur: vt. ſ̃. ad l. Falci. l. pretia.

o *Referuntur.* ſingulariter: vel ad affectionem.

p INter donum. Cũm cauſa. ſtricte hic accipe munus: vt infra eo. l. munus. in fin. alias aliter: vt in ea. l. in prin. &. ſ̃. eo. l. munus. & eſt exemplum ſupra de bo. lib. l. Iuli. ſed xenium his non connumeratur: vt ſupra de offic. procon. ſolent. §. fi.

q PRonuntiatio. pone exemplum vt dixi ſupra eo. l. j.

r *Maſculino.* ſcilicet facta.

ſ *Sexum.* ſcilicet maſculinũ & fœmininũ.

t *Plerumque.* plerumque dicit propter id quod eſt ſupra de ven. in poſſ. mit. l. j. §. quæritur. & de lega. iij. l. Lucius. §. quæſitum.

u *Accepta eſt.* ſcilicet appellatio familiæ, ſex ſcilicet modis: vt infra vſque in fin. & C. eo. l. fin. Accurſius.

x *Deducitur.* aliàs reducitur: & aliàs ſeparatur.

y *Familiam.* id eſt ſubſtantiam. ſic accipitur C. eo. l. fin. in fin. & ſupra ad Trebel. nã quod ad ius. §. fin. cum dicimus familiæ erciſcundæ. id eſt hereditatis diuidendæ.

z *Ad perſonas.* ecce ſecunda ſignificatio.

a *Lex.* familiæ, quæ ſic dicebatur, quia de familia tractabat. Azo.

b *Ex ea.* hæc ſunt verba legis. & dic ex ea, ſcilicet familia liberti.

c *Inquit.* ſcilicet lex.

d *In eam familiam.* ſcilicet patroni. & ſupple bona veniant. & ſic accipitur inſtitu. de bon. poſſeſ. §. quinto. &. §. cumque antea.

e *De ſingularibus.* ſcilicet patrono, & eius filio, vel filiis. Azo. vel etiam adgnatis patroni: vt. d. §. inſtit. de bo. poſſeſ.

f *Familiæ.* ecce tertia ſignificatio. Accur.

g *Et ad corporis.* &, pro etiam. q. d. non ſolũ ad ſingulares vel ad ſpeciales perſonas.

h *Aut natura.* id eſt naturali coniunctione interueniente. non enim ſunt in poteſtate noſtra filij noſtri iure naturali, imò iure ciuili: vt inſti. de pa. po. quod ſubiicit, aut iure, ſcilicet ciuili: vt in adopt. alij dicũt natura, id eſt iure gen. vt cum quis capitur ab hoſtibus, vel iure ciuili: vt cum quis patitur ſe venundari ad pretium participandũ: vt inſtit. de iure perſonarũ. Sed ad hanc non bene conueniunt exempla ſequentia: vtputa, &c. ſed ad primã bene. hoc ergo modo vulgariter dicitur familia: &, iſte eſt dominus familiæ: &, hic eſt de familia talis epiſcopi vel prælati alicuius. Accur.

i *Vtputa.* hæc exempla ſunt & eorum qui ſunt in poteſtate, & eorum qui exierũt. & denominatur ab hac adiectione, familias.

k *Solam perſonam.* ſ. quod eſt ſui iuris: ſed etiã ius. id eſt dominiũ quod habet in domo: vel poteſtate quã habet in filios ſi quos habet. & hoc tertio modo ſumitur. ſ̃. de his qui ſui vel ali. iu. ſunt. l. nam ciuiũ. & vbicunq; dicimus paterfamilias & filiusfamilias.

l *Propriam familiam.* i. exiſtentiã ſui iuris, & dominium domus.

m *Communi iure.* ecce quarta ſignificatio pro adgnatitia cognatione.

tione.ſic accipitur.ſ.de adop.l.qui in adoptionẽ.& inſtit. de leg. ag. tu.in princip.

a *Nam etſi*.bene dico vnam familiam cenſeri omnium adgnatorum iure communi.nam iure proprio quiſque de cognatione habet propriam.& hic dic,nam etſi,id eſt quamuis.

b *Familias habent*. ſcilicet in eam ſignificationem quã.ſ.prox.§.dixi.

c *Et gente*.id eſt conſanguinitate, ſiue adgnatione.

d *Seruitutium*.aliàs ſeruitutium: & aliàs ſeruientium, id eſt ſeruorum.& eſt quinta ſignificatio.

* Seruientium.

e *De furtis*.id eſt de publicanis, vbi de furtis loquitur: vt.ſ.de pub. l.j.in princip. & .§. familiæ. Azo.

f *Seruorum*. vel liberorum,qui tamen ſeruiũt publicano in eo miniſterio. ſ. vectigalis: vt hic ſubiicit. & ſupra de pub.l.j.§.familiæ.

g *Edicti*.i. alio edicto de quo habemus.ſ. vi bo.rap.l. ij. in princi.licet ibi expreſſe mentionem familiæ nõ faciat. ſed fit in ea.l. §. hæc actio.&.§.familiæ.& accipitur ſic eodẽ modo vt & ſuperiori proxi. §.

† & in interd.

h *Coactis*.id eſt cõgregatis: & ſic comprehẽduntur tantũ illi qui miniſtrant in ea violentia, ſiue liberi ſiue ſerui ſint:vt.d.§.familiæ.

i *Item redhibitoria*. & hic accipitur eodẽ modo:vt.ſ. & habes hoc exemplum.ſ.de ædil.edic.l.j.§.ſi quod mancipium.&.l.ædiles etiã.§. familiæ.

k *Interdicto*. & hic dic eodẽ modo:vt.ſ. & eſt exẽplũ.ſ. de vi & vi arma.l.j.§.familiæ. Accu.

l *Continentur*. appellatione ſcilicet familiæ.

m *Item appellatur*.ecce vj.modus.

n *Memoriæ*. quia fit in memoriam.

* Rectius ita ex Ant. Aug. diſpũ. ximus lib. 1. c. 9.

o *Mulier*. hic accipitur vt.ſ.§. cõmuni iure.

p *Caput & finis eſt*. caput:quia à filiis eius incipit patria poteſtas,ſecundum R.& finis: quia in ea finitur patria poteſtas, & adgnatio: & incipit cognatio:vt inſti.de leg.adg.tu.§.j.&.ȷ̃.l.proxi.§.fœminarum.

familiam dicimus omnium adgnatorum.Nam etſi [a] patrefamilias mortuo ſinguli ſingulas familias habent: [b] tamẽ omnes qui ſub vnius poteſtate fuerunt, rectè eiuſdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente [c] proditi ſunt. Seruitutium [d] * quoque ſolemus appellare familias: vt in edicto prætoris oſtendimus ſub titulo de furtis, [e] vbi prætor loquitur de familia publicanorum. ſed ibi non omnes ſerui, ſed corpus quoddam ſeruorum [f] demonſtratur huius rei cauſa paratum, hoc eſt vectigalis cauſa. Alia autem parte edicti [g] omnes ſerui continentur: vt de hominibus coactis: [h] & vi bonorum raptorum. Item redhibitoria, [i] ſi deterior res reddatur emptoris opera aut familiæ eius. & † interdicto [k] vnde vi,familiæ appellatio omnes ſeruos comprehendit. ſed & filij continentur. [l] Item appellatur [m] familia pluriũ perſonarum, quæ ab eiuſdem vltimi genitoris ſanguine proficiſcuntur: ſicuti dicimus familiam Iuliam: quaſi à fonte quodam memoriæ. [n] Mulier [o] autem familiæ ſuæ & caput & finis eſt. [p]

CXCVI. Gaivs *libro ſextodecimo ad Edictum prouinciale.*

Familiæ [q] appellatione & ipſe princeps familiæ continetur.Fœminarum liberos in familia [r] earum non eſſe palam eſt: quia qui naſcuntur, patris, non matris familiam ſequuntur.

CXCVII. Vlpianvs *libro quinquageſimo ad Edictum.*

Indicaſſe, [f] eſt detuliſſe,arguiſſe, [t] *accuſaſſe,& conuiciſſe.

vel horum aliquid facit,habet prædicta præmia.& facit.ſ. de iure fiſc.l.ſenatus.§.ſi quis.&.l.deferre.&.l.j.

u *Vrbana. Accipimus*.in ciuitate vel in villa ſint:vt.ſ.com.præ. l.j.&.ȷ̃.e.l.fundi.ij.reſpon.& inſt.de ſerui.§.prædiorum.

x *Stabula*.hic eſt contra ſupra qui.cau.pig.taci.cõtra.l.eo iure.§. ſtabula. Solu. ibi non ſunt coniuncta ædificiis:hic ſic. Vel hic gratia habitandi fuerũt facta: ibi non. vel ſolue vt ibi.

CXCVIII. Idem *libro ſecundo de omnibus Tribunalibus.*

Vrbana prædia omnia ædificia accipimus, [u] non ſolum ea quæ ſunt in oppidis, ſed & ſi fortè ſtabula [x] ſunt, vel alia meritoria [y] in villis, & in vicis, vel ſi prætoria [z] voluptati tantum deſeruientia: [a] quia vrbanum prædium non locus [b] facit, ſed materia.Proinde hortos quoque ſi qui ſunt in ædificiis conſtituti, dicendum ſit vrbanorum appellatione contineri.Planè ſi plurimum horti in reditu ſunt,vinearij fortè,vel etiam olitorij, [c] magis hæc non ſunt vrbana.

CXCIX. Idem *libro octauo de omnibus tribunalibus.*

Abſentẽ [d] accipere debemus eum, qui non eſt eo loci in quo loco petitur. non enim trans mare abſentem deſideramus: & ſi fortè extra continentia vrbis ſit, abeſt:cæterum vſque ad continentia, nõn abeſſe videbitur, ſi non latitet. [e] Abeſſe non videtur qui ab hoſtibus captus eſt, [f] ſed qui à latronibus detinetur. [g]

Nõ poteſt noxæ ſolutus eſſe,qui crimen capitale commiſit.Bar.

CC. Ivlianvs *libro ſecundo Digeſtorum.*

Hæc ſtipulatio, *Noxis ſolutum* [h] *præſtari?* non exiſtimatur ad eas noxas pertinere quæ publicam exercitionẽ [i] & coërcitionem capitalem habent. [k]

CCI. Idem *libro octogenſimoprimo Digeſtorum.*

Iuſta interpretatione recipiendum eſt,vt appellatione filij ſicuti filiamfamilias contineri ſæpe reſpondebimus, [l] ita & nepos [m] videatur comprehendi: & patris nomine auus [n] quoque demonſtrari intellegatur.

y *Meritoria*. id eſt habitationes ex quibus meretur mercedem.

z *Prætoria*.prætoria dicuntur loca in quibus paterfa. reſidere ſolet. ſic ponitur. ſ. de vſu & ha.l.plenum.

a *Deſeruientia*. ſub. idẽ erit.

b *Non locus*. ſic C. de præ.mi.l.ſi prædium.& ſupra eo.l.vrbana.

c *Olitorij*. ab olere vel olitis.

d *Abſentẽ*. pone exẽplum in procu. inſtituendo:vt ſupra de procura.l.præſens.&.l.ſeq.& ſeq. ſic ergo vno modo dicitur abſens [a] qui eſt extra continentia vrbis: vt hic, & ſupra eo.l.collegarum. §. qui extra.ſecundo cum tractatur de præſcript. long.tẽp. vt C. de præſcript.long.temp.l. fin. tertio cum tractatur de ſtipu. quæ inter abſentes contrahi non poteſt,id eſt inter eos qui mutuo exaudire non poſſunt:vt.ſ.de verbo. obliga.l.j. quarto dicitur abſens, qui non eſt in iudicio:vt in authet. de teſti. §. pen. & ſupra de damno infec.l.iiij.§. abeſſe.

a] Abſens multis modis quis dicitur. Adde gloſ. in.l. ſi ideo.§.fi. in ver.abſit.ſ. de euic. & in.l. heres abſens.ſ. de iudi.

e *Si non latitet*. tunc enim etiam ſi eſt in foro, & latitet inter columnas, dicitur abeſſe quo ad hoc vt fiat miſſio & venditio:vt ſupra qui.ex cauſ.in poſ.ea.l. Fulcinius.§.illud.

f *Captus eſt*. quia pro mortuo habetur, cum ſit ſeruus hoſtium: vt inſti.de iure perſo.§.ſeruitus.vnde procu.habere poteſt: vt.ſ.ex qui.cau.ma.l.ab hoſtibus.in prin.

g *Detinetur*.ſ.eſt abſens,& reſtituitur:vt.ſ.ex qui.cau.ma. l. ſuccurritur.&.l.in eadem.Accur.

q *Familiæ*.apta ad tertium & ad quartum & ad ſextum modũ ſuperioris.l.& eſt ſic in principe & commilitonibus ſuis:vt ſ.de teſt.mili.l.j.§.j.

r *In familia*.id eſt poteſtate vel adgnatione:vt inſt.de leg.adgn. tu.§.j.&.ſ.l.prox.in fin.ſed videtur quòd filij ſequantur matrem: vt ſupra de ſta.ho.l.cum legitimæ.& ad munic.l.j.in fin.qui ſunt contra.ſed illud quo ad originem.Item o p.C.de lib.cau.l.fin.ſed ibi quo ad ſtatum.

ſ *Indicaſſe*.da exẽplum.ſ. ad Sill.l.ſi quis in graui.§.ſi ex ſtipulatu.&.§.vtrum.vbi dicitur quòd ſeruus qui indicauit occiſores domini,efficitur liber.item pone exemplum. ſ. de iniur. l.lex Cor.in fi.vbi remuneratur qui indicauit eũ qui famoſum libellum compoſuit.dic ergo detuliſſe.ſ.in publicam notionem.

t *Arguiſſe*.id eſt argute & plene probaſſe, & per teſtes accuſaſſe:hoc ſolum ſufficit:& conuiciſſe,puta per confeſſionem.ſi hæc

h *Hæc ſtipulatio. Solutum*.ſ.ſeruum. quam ſtipulationem facit emptor:vt.ſ.de act.emp.l.ex empto.§.etiam.

i *Exercitionem*.aliàs executionem.& aliàs excuſationem.

k *Habent*.ſed quæ ad pecuniarias noxias pertinẽt, ex quib⁹ agitur noxali actione:vt.ſ.de ædil.ædict.l.quis ſit fugitiuus.§.quod autem.&.ſ.de euic.l.Lucius.§.fin.vel dic tantum:vt.ȷ̃.e.l. plebs. §.fin.quod non placet.

l *Iuſta.Reſpondimus*.vt &.ſ.de ſta.ho.l.ſi quis ita.

m *Et nepos*.hoc eſt cõtra inſt.qui dari tu.poſ.§.fi. vbi appellatione filij nõn continetur nepos.ſolu.ſpeciale eſt in datione tutoris.vel dic vt plene dixi.ſ.l.filij.vbi idem habes quod hic.

n *Auus*.vbicunque ergo in corpore iuris ſit mẽtio patris, idem iuris in auo dicas,niſi in caſu:vt arg.contra.ſ.de ri.nup.l. lege.in prin.&.§.non autem obeſt.

a Cvm in teſtamento. *Aut in monumento*. ſcilicet faciendo &c. b *Non licet*. id eſt licitum eſt. ſed contra ſupra manda. l. diligenter. in princip. & de pet. here. l. hereditas. §. ſi defuncto. & de nego. geſt. l. qui aliena. §. libertos. quibus dicitur non licere plus expendere. Solu. hic fuit eius voluntatis teſtator, vt etiam plus impedi voluerit, quàm dixerit: ſed in fauorem heredis taxauit. q. d. nolo eos amplius grauare &c. ſic ſupra de donat. inter virum & vxorem. l. ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus. vel ſolue vt ibi in. d. l. qui aliena. §. libertos.

c IN *lege Cenſoria*. id eſt quæ ſuper cenſu erat lata.

d *Portorium*. quod vectigal dicitur.

e *Feciſſet*. vt & C. de incolis. l. ciues. & ſupra de lib. agn. l. j. §. domû. Accurſius.

f *Quid autem*. ſcilicet aliâs: non dico modo in ſeruis.

g *Contineri*. vt & ſupra de auro & argen. leg. l. cum in teſtamento. hoc eſt id ſine quo viuere quis non poteſt: vt. ſ. e. l. verbo victus.

h *Atrienſes*. i. atrium cuſtodientes.

i *Toleraret*. id eſt ſuſtentaret.

k *Et ſibi*. nunc ſoluit.

l *Deſtinatique*. non ergo qui gratia culturæ ſunt, vt ſupra quæſierat: ſed qui circa ſe ſût, vt hic: & ſupra de lega. iij. l. quæritur. §. ſeruus. ſed videtur quòd nec iſti eximâtur quin portoriû pro his ſoluatur: vt ſupra de publican. & vect. interdû. §. quotiês. Solu. ibi appellat vſualia, quę ad agrorû vſum ſunt deputata, non ad vſum perſonæ domini.

m *Iunctores*. aliâs victores, id eſt victum parâtes. in lib. R. vectores: id eſt aurigę. & fa. ſ. de publi. l. ſi publicanus. §. j. item fa. ſ. de au. & argé. leg. l. Quintus.

n PVeri. *Omnes ſeruos*. etiã ſexagenarios. & de hoc da exemplum ſ. de leg. iij. vxoré. §. teſtamento. & ſic vocant Bononienſes.

o *Puellæ*. ex interpretatione tamen appellatione puerorum etiam puellæ continentur: vt ſ. de lega. iij. l. ſeruis legatis. §. ſed pueris.

p *Demonſtraremus*. quæ eſt ad. xiiij. an in maribus: & ad. xij. an. in fœminis: niſi in caſu: vt cû legantur eis alimẽta, nam fœminæ ad. xiiij. annum, mari ad xviij. videtur legatum: vt. ſ. de alimen. leg. l. Mela.

q QVi *fundum*. *Recepit*. id eſt excepit.

r *Duracinas*. aliâs duracinas: quas dicunt Bononienſes pergulas. aliâs duratinas: quia durant & ſeruantur ad comedendum. Accur.

s *Purpureas*. i. purpurei coloris.

t *Recepta*. id eſt excepta.

u *Videri*. eſt ergo pomum generale nomen. vnde Adam vuam dicitur comediſſe ſecûdum quoſdam. & ꝓ his eſt quod dicitur: Patres comederût vuam acerbam: & dentes &c. Alij theologi dicunt de pomo. Alij de ficu, ꝓpter folia quibus ſe cooperuerunt. & facit. ſ. eo. l. frugem. Accur.

† à Cęſori-b⁹ ſic dicta, quorû erat munus portoria & vectigalia locare. Bud. hic.

* domum

† hominib⁹. al. omnibus.

* Tabulæ ſunt, quas olim quiſq; de domeſtica ratione faciebat. Bud. hic.

† cui.

* Tolerare, eſt modice & ſumma parſimonia viuere. Bu.

† ſerui.

**Qui plus expendit quàm teſtator iuſſit, non videtur contra teſtamentum feciſſe: ſed bene qui minus. Bar.**

CCII. ALFENVS VARVS *libro ſecundo Digeſtorum.*

CVm in teſtamento ſcriptum eſſet, vt heres in funere aut in monumento [a] dumtaxat aureos centum conſumeret: non licet [b] minus conſumere. ſi amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra teſtamentum facere videtur.

CCIII. IDEM *libro ſeptimo Digeſtorum.*

IN lege cenſoria [c] † portus Siciliæ ita ſcriptum erat: *Seruos quos domo* * *quis ducet ſuo vſu, pro his portorium* [d] *ne dato*. quærebatur ſi quis à Sicilia ſeruos Romam mitteret fundi inſtruendi cauſa: vtrum pro his hominis † portorium dare deberet, nécne. Reſpondit duas eſſe in hac ſcriptura quæſtiones. primam, quid eſſet *domum ducere*. alteram, quid eſſet *ſuo vſu* ducere. Igitur quæri ſoleret, vtrum vbi quiſque habitaret, ſiue in prouincia, ſiue in Italia, an dumtaxat in ſua cuiuſque patria domus eſſe rectè diceretur. Sed de ea re conſtitutum eſſe, eam domum vnicuique noſtrum debere exiſtimari, vbi quiſque ſedes & tabulas * haberet, ſuarúmque rerum conſtitutioné feciſſet. [e] Quid autem [f] eſſet, *vſu ſuo*, magnam habuiſſe dubitationem. Et magis placet quod victus † ſui cauſa paratum eſt, tantùm contineri. [g] Itémque de ſeruis eadem ratione quæri, qui eorum vſus ſui cauſa parati eſſent, vtrum diſpenſatores, inſularij, villici, atrienſes, [h] textores, operarij quoque ruſtici, qui agrorum colendorum cauſa haberentur, ex quibus agris paterfamilias fructus caperet, quibus ſe toleraret: [i] * omnes deniq; ſeruos † quos quiſque emiſſet vt ipſe haberet, atque eis ad aliquam rem vteretur, neque ideo emiſſet vt venderet. Et ſibi [k] videri eos demum vſus ſui cauſa patremfamilias habere, qui ad eius corpus tuendum, atque ipſius cultum præpoſiti deſtinatíque [l] eſſent: quo in genere iunctores, [m] * cubicularij, coci, miniſtratores, atque alij qui ad eiuſmodi vſum parati eſſent, numerarentur.

CCIIII. PAVLVS *libro ſecundo Epitomarum Alfeni.*

PVeri appellatio tres ſignificationes habet: vnam, cum omnes ſeruos [n] pueros appellaremus: alteram, cum puerum cõtrario nomine puellæ [o] diceremus: tertiam, cum ætatem puerilem demonſtraremus. [p]

CCV. IDEM *libro quarto Epitomarum Alfeni.*

QVi † fundum vendidit, pomum recepit. [q] Nuces & ficos, & vuas dumtaxat duracinas, [r] & purpureas, [s] & quæ eius generis eſſent, quas non vini cauſa haberemus, quas Græci τρωξίμους * appellarent, recepta [t] videri. [u]

CCVI. IVLIANVS *libro ſexto ex Minicio.*

VInaria [x] vaſa propriè vaſa torcularia [y] eſſe placet: dolia autem & ſerias [z] tamdiu in ea cauſa eſſe, quamdiu vinum haberent, cum ſine vino eſſe deſinerent, in eo numero non eſſe: quoniam ad alium vſum transferri poſſent: [a] velut ſi frumentum in his addatur. [b] eandem cauſam amphorarum eſſe, vt cum vinum habeant, tum in vaſis vinariis: cum inanes [c] ſint, tum extra numerum vinariorû ſint, quia aliud in his addi [d] poſſit.

CCVII AFRICANVS *libro tertio Quæſtionum.*

MErcis [e] appellatione homines [f] non contineri Mela ait: & ob eam rem mangones, [g] nõ mercatores, ſed venaliciarios † appellari ait: & rectè.

CCVIII. IDEM *libro quarto Quæſtionum.*

BOnorum appellatio, [h] ſicut hereditatis, vniuerſitatem quandam ac ius ſucceſſionis, & non ſingulas res demonſtrat.

CCIX. FLORENTINVS *libro decimo Inſtitutionum.*

COram [i] Titio * aliquid facere iuſſus, non videtur præ-

x VInaria. dic ſenſû, quòd torcularia habentur inter vinaria vaſa: & eſt exemplû vt vino legato cû vaſis, de vinariis intelligatur: nõ de aliis: vt. ſ. de vi. tri. & oleo leg. l. pen. propter hoc fuit opus ſcire quæ eſſent vinaria, & quæ nõ. Iterû & aliâs de his habet métio. ſ. de lega. iij. l. vxoré. §. teſtaméto.

y *Torcularia*. ex parte ſuppoſiti.

z *Serias*. genus vaſis.

a *Poſſent*. & ſolent. & ſic tutor eſt, quâdiu bene adminiſtrat: aliâs nõ: vt. ſ. pro empto. qui fundum. §. ſi tutor. Sed argu. contra. ſ. quod vi aut clam. l. ꝓhibere. §. illud. & ſ. de act. empt. fûdi. §. ſi. & l. granaria. Accurſius.

b *Addatur*. id eſt ponatur.

c *Cum inanes*. id eſt ſine vino. Accur.

d *Addi*. aliâs claudi: & aliâs abdi. & dic poſſit & ſolet. & facit. ſ. de fû. inſtru. & inſtrumento lega. l. quæſitû. §. ſi quis eodem.

e MErcis. pone exêplum. ſ. de tribu. l. j. §. licet. Accur.

f *Homines*. ſcilicet ſeruos. nam in liberis nõ eſt dubium. Accur.

g *Mangones*. i. ſeruorû comparatores, non dicûtur mercatores: quia ſic à mercibus dicerentur: ſed proprio nomine venaliciarij appellâtur: vt hic, & ſ. man. l. ſi mandatum. ſed videtur ſeruos eſſe loco mercis: vt. ſ. de leg. iij. l. ſeruos. §. eum. quæ eſt contra. ſol. aliud eſſe loco mercis, vt ibi: q̃ eſſe mercem: quod hic vetat. & fa. ſ. eo. l. mercis.

h BOnorum appellatio. da exéplû: ſi teſtator iuſſit bona ſua Titio reſtitui ab herede inſtituto: vt. ſ. ad Treb. l. nam quod. §. fi. & hoc in ciuili appellatione bonorum. ſecus in naturali: vt. ſ. eod. l. bonorum. & l. propriè. quæ ſunt arg. contra.

i COram. pone exemplum quòd teſtator iuſſit aliquid fieri coram

* Hal. acto. res. forte vnctores.

† Alciat. li. 6. parerg. c. 2.

* id eſt edules, eſcarias, cibarias, comeſtibiles. Vide Angelum Polit. li. 7. epiſtolarum illuſtrium virorum, epiſtola. 35. & Alcia. lib. 2. præterm.

† Hos elegâter ſeparat. Cicero à mercatori bus in orat. Cornel. Neque me diuitiæ mouent. quibus omnes Africanos & Lęlios multi venalitiarij mercatoréſque ſuperarunt. Vide. l. 57. ſ. mand. & Ant. Aug. lib. 1. c. 3.

* Not. corã aliquo fari quod fit eo ſciéte & intelligéte, licet non cõſentiéte. cõ tor. gl. in. c. vt circa. de elec. in 6.

tam Titio. Item pone ſecundo exemplum infra eo.l.fin.j.reſpon. Item & ſupra de arbit.l. diem.§. coram. &.l. ſed interpellatur.in prin. Item pone ſupra de auctor. tut.l. j.in fin. & in his omnibus fallit regula quam habes infra tit.j.l.qui poteſt.vbi plene dices. A

In perſonali ſimiliter vt in tutela. nam lex.xij. tabularum defert adgnatis tutelam, & mores: nam & ipſa lex. xij. tabularum ex moribus eſt: & imperium maioris interponitur, ſi opus eſt aliis modis: vt ſupra eo.l.munus.& infra eo.titu.l.pupillus.§.munus. Accurſius.

ſente eo feciſſe, niſi is intellegat. Itaque ſi furioſus aut infans ſit, aut dormiat: non videtur coram eo feciſſe. Scire autem, non etiam velle is debet. nam & inuito eo rectè fit quod iuſſum eſt.

CCX. MARCIANVS *libro ſeptimo Inſtitutionum.*

IS qui natus eſt ex mancipiis vrbanis, & miſſus eſt in villam nutriendus: in vrbanis a ſeruis conſtituetur.

CCXI. FLORENTINVS *libro octauo Inſtitutionum.* B

FVndi † appellatione omne ædificium, & omnis ager continetur. b ſed in vſu, vrbana ædificia, * ædes: c ruſtica, d villæ e dicuntur. Locus vero ſine ædificio, in vrbe area: f rure autē ager appellatur: idémque ager cum g ædificio, fundus dicitur.

CCXII. VLPIANVS *libro primo de Adulteriis.*

PRæuaricatores h eos appellamus, qui cauſam aduerſariis ſuis donant, & ex parte actoris in partem rei concedunt. à variando enim præuaricatores dicti ſunt.

CCXIII. IDEM *libro primo Regularum.* C

CEdere diem ſignificat incipere deberi i pecuniam. venire diem, ſignificat eum diem veniſſe, quo pecunia peti poſſit. Vbi purè quis ſtipulatus fuerit: & ceſſit k & venit dies. Vbi in diem: ceſſit dies, ſed nondum venit. l Vbi ſub conditione: m neque ceſſit, neque venit dies pendente n adhuc conditione. Æs alienū o eſt, quod nos aliis debemus. æs ſuum eſt, quod alij nobis debent.

Lata p culpa eſt nimia neglegentia, id eſt nō intellegere quod omnes q intellegunt.

CCXIIII. MARCIANVS *libro primo Publicorum iudiciorum.* D

MVnus † propriè eſt, quod neceſſariè obimus r lege, ſ more, imperióve eius qui iubendi habet poteſtatem. Dona autem propriè ſunt, quæ nulla neceſſitate iuris, officij, ſed ſponte t præſtantur: quæ ſi non præſtentur, nulla reprehenſio eſt: & ſi præſtentur, plerunque laus ineſt. Sed in ſumma in hoc ventum eſt, vt non quodcumque u munus, id & donum accipiatur: at quod donum fuerit, id munus rectè dicatur.

CCXV. PAVLVS *libro ſingulari ad legem Fuſiam Caniniam.*

POteſtatis verbo plura x ſignificantur: in perſona magiſtratuum, imperium: y in perſona liberorum, patria poteſtas: z in perſona ſerui, dominium. a At cum agimus de noxæ deditione cum eo qui ſeruum non defendit: præſentis corporis copiam facultatémque ſignificamus. b

In lege Atinia * in poteſtatem domini rem furtiuam veniſſe videri & ſi eius vindicandæ poteſtatem habuerit, c Sabinus & Caſſius aiunt.

CCXVI. VLPIANVS *libro primo ad legem Æliam Sentiam.*

VErum eſt, eum qui in carcere cluſus eſt, non videri neque vinctum, neque in vinculis d eſſe, niſi corpori eius vincula ſint adhibita.

CCXVII. IAVOLENVS *libro primo ex poſterioribus Labeonis.*

INter illam conditionem, *cum fari potuerit, & poſtquam fari potuerit*: multum intereſt. nam poſteriorem ſcripturā vberiorem e eſſe conſtat: at *cum fari potuerit*, artiorem: & id tātummodo tempus ſignificari, quo primum fari poſſit. f Item ita data g conditione, *illud facito in diebus*: ſi nihil præterea fuiſſet adiectum, in biduo h † conditionem impleri oportet.

CCXVIII. PAPINIANVS *libro vicenſimoſeptimo Quæſtionum.*

a *S qui. Vrbanis.* id eſt numero vrbanorum. & habes hunc caſum ſupra de leg. iij.l. ſeruis vrbanis leg. §.eum. & facit ſupra eo. l. vrbana familia. & de leg.iij.l.ſi fundus.

b *Fundi. Continetur.* Eſt ergo genus, vt ſupra eod.l. quæſtio eſt. & facit ſupra eo.l. locus. Accurſius.

c *Ædes.* ſcilicet dicuntur.

d *Ruſtica.* ſcilicet ædificia. Azo.

e *Villæ dicuntur.* & ſic accipitur ſupra de funinſtru. ſi ita.§. fin. & de lega. iij. ſi fundum ſub conditione.§. qui fundum.

† Vide Lauren. Val elegan. lib.6 c. 41.

f *Area.* ſcilicet dicitur. Accurſius.

* adde qđ no. in. l. inter fructuariū. in apoſtil. ver. & opus & ſolū & pariete continet. ſuper gl. in ver deſiderare. & ibi quid ſit diſcriminis inter ædes & domū. ſ. de dā. infecto.

g *Cum.* id eſt iuxta.

h *PRæuaricatores.* Accipe exemplum ſupra de præuaricato. l.j. & ſupra de his qui not. infa. l. athletas.§. præuaricatores.

i *CEdere. Incipere deberi.* quandoq; aliter, ſcilicet quantum ad tranſmiſſionem: vt C. de cad. toll.§. cum igitur. Accurſius.

k *Et ceßit.* vt & infra titu.j.in omnibus. Niſi res ipſa capiat dilationem: vt ſupra de verb. obli.interdum. vel niſi venerit cum ſacco paratus: vt.ſ. de ſolutionibus.l. quod dicimus.

l *Nondum venit.* niſi in caſu: vt ſupra de verb. oblig.l. liber homo.§. decem. ſed videtur ſem per veniſſe: vt ſupra de verbo.oblig.l.eum qui kalendis. quæ eſt contra. Solu. debetur: vt ibi. non tamen cum effectu poteſt exigi: vt hic. Accurſius.

m *Sub conditione.* ſcilicet ſtipulatus fuit.

n *Pendente.* quę conditio eſt de futuro: vt ſupra ſi cer.pe.l.itaque. & quoniam non eſt certum extituram: tunc enim habetur ac ſi eſſet pura: vt.ſ. de noua.l. ſi pupillus.§. qui ſub conditione. Accur.

† Vide Lauren. Val li. elegant. 6. cap.39. & Alci.lib. diſ.3. ca.13.

o *Æs alienum.* quod detrahitur de bonis: vt ſupra eodem.l. ſubſignatum.§. bona.

p *Lata.* pone exemplum vt ſupra de inſtito. l. ſed & ſi pupillus.§. proſcribere.

q *Omnes.* vel maior pars. quod plene dic vt infra eodem.l.latæ. Accurſius.

r *MVnus. Obimus.* ſiue de perſonali, ſiue de patrimoniali dicas, bene eſt: vt ſupra de mune. & hono.l.j.§. illud.

ſ *Lege.* coniunctim accipitur hæc oratio: vt.ſ. eo.l.triplici.§. videamus. eſt ergo lex neceſſaria: vt.C. de epiſc. & cle.l.de his. item conſuetudo: vt.C. noua vecti. per totū. Item imperium: quia non niſi à principe peti poteſt, vel nunciis eius. Sic in patrimoniali.

t *Sponte.* vt infra titu. j.l.donari.

u *Non quodcunque.* large accepto iſto nomine munus, & aliter quàm in princip.l.quia hoc munus eſt cū cauſa & ſine cauſa: donum ſemper ſine cauſa. ſed econtra donum eſt genus: munus ſpecies. ſupra eod.l.inter donum. & ſic ibi ſtricte ponitur.

x *POteſtatis. Plura.* quia quinque.

y *Imperium.* vt ſupra de iuriſd. om.iud.l.imperium.

z *Patria poteſtas.* vt inſtitu. de pa.po.in princ. Accurſius.

a *Dominium.* vt ſupra de pecu.l.j.

b *Significamus.* vt ſupra de noxa.l. quotiēs.

c *Habuerit.* & dimittere voluerit, accipiendo litis æſtimationem: vt ſupra de vſucap. ſequitur.§. ſed ſi vindicauero. vel ſub. & apprehendendi. & de hac.l. habes ſupra de vſucap. l. ſequitur.§. quod autem.

* Gellius li. 14 noct. Att. cap. vl. & li. 17. c.7.

Aug. lib. 1. c.8.

d *VErum eſt. In vinculis eſſe.* Ponè exemplū ſupra de pœ. l.aut damnum.§. ſolēt. vbi dicitur quod præſes non debet in vinculis ponere eum qui in carcere detinetur. Item not. hic non eſſe in vinculis incarceratum. hoc eſt verum proprie: ſed in larga ſignificatione ſic: vt ſupra ex quibus cau. ma.l. ſuccurritur. &.l.in eadem. & ſupra eod.l. qui neque.§. ſolutum. & facit infra eo. l.vinculorum.

e *INter illam. Vberiorem.* ad opus debitoris, id eſt longiorem facit petitionem. & pone exemplum in promiſſione inter viuos, vel in vltima voluntate. Accurſius.

† Not. quòd pluralis locutio duo numero cōprehendit. concor. tex. in can. hoc quoque. de cō. diſ.1. gl. eſt in.c. ſtatutum §. inſuper. de reſcriptis. in 6. Adde qđ notaui in. l. in vſu. in apoſtil. ī ver. inuenimus pro plurali. ſuper glo. 1. ſ.eo.

f *Fari poßit.* difficulter poteſt colligi hæc differentia: ſed alio exemplo euidentius: vt ſi dicat teſtator: Anno duodecimo liber eſto: vel poſt annum duodecimum. nam primo caſu ſtatim inchoato duodecimo anno erit liber: ſed in ſecundo, demum eo perfecto: vt ſupra de ma. teſt.l. ſi ita fuerit libertas relicta. & facit ſupra de contrahen. empt.l.qui fundum.

g *Ita data.* id eſt appoſita. Accurſius.

h *Biduo.* ſicut in diebus, vt hic, ſic in annis: vt poſt annos liber eſto. de biennio enim intelligitur: vt ſupra de ma.teſta.l.libertas. §.fin. & ſic in perſonis, vbi duo teſtes ſufficiunt: vt ſupra de teſti. l.vbi. ſed huic eſt argu. contra. ſupra de verbo. obliga.l.ita ſtipulatus. in princip. ſed hic non fuit omiſſus dies, imò appoſitus: ibi omiſſus per errorem.

Addunt. Græci, vel decē diebus,

a *Verbum facere.* plene dic vt ſupra eod.l.licet. & facit ſupra eo.l.faciendi verbo.&.l.facere oportet. Accurſius.

b *In conuentionibus.* maxime bonæ fi.Azo.

c *Placuit.* nota magis ſenſum,&c.& ſic eſt.s̃.de adimen.leg.l.iij.§.conditio.&.C.quæ res pig.obli.poſ.l.fi. & de lib.præte.l.iij.

d *Ad heredem.* quod fieri poteſt: vt &. s̃. ſi ager vectig.l.j.in prin.

e *Potuit.* vt ſi cōductor ſuū ius legauerit. obtinet ergo vicem heredis hoc caſu legatarius: vt hic.ſic in acceſſione tēporis: vt ſupra de vſuc. l.id tempus.§.fin.

f *Liberorum. Comprehendit.* dicēs primam cauſam in ſuc. liberorum: vt inſtitu.de here.ab inteſta.in prin. ſic & prætor large vtitur: vt ſupra ſi ta. teſt. l.j.in princi.ſic & iuriſconſulti: vt ſupra de in ius vo. ſed ſi hac. §. liberos. & ſupra de ſenat. l. liberos. & ſupra eo.l.cognoſcere.§.liberorū.& ſupra ſolu.ma. l.ſi dotali.Accurſius.

g *Neceſſarium.* aliàs neceſſarium: & aliàs neceſſariā. & ſemper dic, id eſt neceſſario. & dic in cognatione, id eſt in cognatis: & da exemplum. C. de quæſtio. l. diuo. vbi liberi decurionum non poſſunt ſubiici beſtiis, vſque ad pronepotes. Item eſt exemplum.C.de ſecun. nup.l.j.§.his etiam. vbi ea quæ auferuntur ſecundo nubenti, dantur decem perſonis. Item eſt exemplum.C.de inceſt. nupt. ſi quis inceſti. vbi qui contrahunt inceſtas nu.non teſtantur in lineam inferiorem niſi vſque ad pronepotes.

h *Contineri.* hoc ideo, quia commode ſeparari non poſſunt: vt. C. communia vtriuſque iu.l.poſſeſſionum.aliàs autem contra: vt inſtit. qui da.tut.poſ.§. fin.& ſupra de teſta. tutel. l. quid ſi nepotes.

i *Placere.* vt ſupra eo. l.filij appellatione.

k *Reliquit.* ſupra eo.l. non eſt.

l *Nos quoque.* loquitur in perſona cuiuſcūque deſcendentis: quia dicit nos, ſcilicet filios vel nepotes.

m *Parentes pios.* repete docet: vt hæc ſoluta ſit pro coniuncta: & lege ſuſpenſiue vſque illuc: filiorum.& ibi reaſſume, nos dico docet.

n *Quàm filij.* ſcilicet nomine. Et not.hic quòd plus diligit filium pater, quàm filius patrem. Sed quare hoc eſt? Reſpon. eſt ratio in filio. nam cum quælibet res cōſeruationē ſui deſideret, & videat pater ſuā naturam in filio conſeruari, vt hic, & non econtra: ideo plus eum diligit: vt hic,&.s̃.de inoffic.teſta.l.nam & ſi.&.s̃.vnde liberi.l.ſcripto.in fin.& ſupra quod me.cau.l.iſti quidem.in fin.

Verbum *facere*, [a] omnem omnino faciendi cauſam complectitur, dandi, ſoluendi, numerandi, iudicandi, ambulandi.

CCXIX. IDEM *libro ſecundo Reſponſorum.*

In conuentionibus, [b] contrahentiū voluntatē potius quàm verba ſpectari placuit. [c] cum igitur ea lege fundum vectigalem municipes locauerint, vt ad heredem [d] eius qui ſuſcepit, pertineret: ius heredum ad legatarium quoque transferri potuit. [e]

Appellatio liberorū omnes cōprehendit: niſi per proferentem aliter limitetur. appellatio vero filiorum ad vlteriores non extenditur: niſi de dura ſeparatione tractetur. Item qui vnicum nepotē relinquit, non videtur ſine liberis deceſſiſſe. h.d. & primò ponit qui comprehendātur appellatione liberorū. ſecundò dicit ad quid fuit inuenta denominatio filiorum & nepotū. tertiò oſtendit per auctoritatem Papirij, nepotes quandoque cōtineri appellatione filiorū. quarto oſtendit idem ex alluſione vel deriuatione vocabuli. Prima durat vſq; ad ver. totiens. ſecunda vſque ad ver. ſed Papirius. tertia vſque ad ver. præter hæc. quarta vſque in fin. Bartolus.

CCXX. CALLISTRATVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

Liberorū appellatione nepotes & pronepotes, cæteríque qui ex his deſcendunt, continentur. hos enim omnes ſuorum * appellatione lex duodecim tabularum comprehendit. [f] Totiens enim leges neceſſariū [g] ducunt † cognitionem ſingulorū nominibus vti, veluti *filij, nepotes, pronepotes*, cæterorúmve qui ex his deſcēdunt, quotiens non omnibus qui poſt eos ſunt, præſtitum voluerint, ſed ſolis his ſuccurrent quos nominatim enumerent. At vbi nō perſonis certis, non quibuſdam gradibus præſtatur, ſed omnibus qui ex eodem genere orti ſunt: liberorum appellatione cōprehenduntur. Sed & Papirius Fronto libro tertio reſponſorum ait, prædio cum villico & contubernali eius & filiis legato, nepotes quoque ex filiis contineri: [h] niſi voluntas teſtatoris aliter habeat. filij enim appellatione ſæpe & nepotes accipi, multifariam placere. [i] Diuus quoque Marcus reſcripſit, non videri ſine liberis defunctum, qui nepotem ſuum heredem reliquit. [k] Præter hæc omnia, natura nos quoque [l] docet, parentes pios, [m] qui liberorū procreandorum animo & voto vxores du- B cunt, filiorum appellatione omnes qui ex nobis deſcendunt, continere. Nec enim dulciore nomine poſſumus nepotes noſtros, quàm filij, [n] appellare. etenim idcirco filios filiáſve concipimus atque edimus, vt ex prole eorū earúmve diuturnitatis nobis memoriam in æuum relinquamus.

* liberorū.

† in cognatione. al. cognationum ſingularū.

CCXXI. PAVLVS *libro decimo Reſponſorum.*

Paulus reſpondit, [o] falſum tutorem eum verè dici, qui tutor non eſt: [p] ſiue habenti tutor datus eſt, [q] ſiue non: [r] ſicut falſum teſtamentum, quod teſtamētum non eſt: [ſ] & modius ini- C quus, [t] qui modius non eſt. [u]

CCXXII. HERMOGENIANVS *libro ſecundo Iuris Epitomarum.*

Pecuniæ [x] nomine non ſolùm numerata pecunia, ſed omnes res tam ſoli quàm mobiles, & tam corpora quàm iura continentur. [y]

CCXXIII. PAVLVS *libro ſecundo Sententiarum.*

Latæ culpæ [z] finis eſt, non intellegere id quod omnes intellegunt. [a] Amicos [b] appellare debemus, non leui notitia [c] coniunctos: ſed quibus fuerint iura [d] cum patrefamilias honeſtis D familiaritatis quæſita rationib⁹. [e]

CCXXIIII. VENVLEIVS *libro ſeptimo Stipulationum.*

Vinculorum [f] appellatione vel priuata vel publica vincula ſignificant: cuſtodiæ [g] verò tantum publicam [h] cuſtodiam.

CCXXV. TRYPHONINVS *libro primo Diſputationum.*

o *Paulus reſpondit.* exponit rubricam, quod fal.tu.auct.

p *Non eſt.* vt & ſupra quod fal.tut.auct.l.j.§.j.

A q *Datus eſt.* ſic non tenet datio: vt inſtit.de curato.§. interdum.

r *Siue non.* ſcilicet eſt datus: ſed dic quòd datio non tenet.

ſ *Non eſt.* ſcilicet vere: abuſiue tamen dicitur teſtamentum: vt ſupra quemadmo.teſt. ape.l.ij.§.j.Accurſius.

t *Iniquus.* id eſt falſus.

u *Qui modius non eſt.* ſic falſus emptor non eſt emptor: vt ſupra de in diem ad. vbi autem.§. cum dicitur. ſed malæ fidei ſic: vt ſupra pro empt.l.ij.§.ſeparata.

x *Pecuniæ.* facit ſupra eo.l.cum ſtipulamur.& ad Trebel. l.balliſta.&.l.ſcribit.& dixi plene ſupra eod.l. pecuniæ.&.l.rei.

y *Continētur.* quia omnes res poſſunt in pecuniam conuerti. Accur.

z *Latæ culpæ.* quæ dolo comparatur: vt ſupra depoſiti. l.quod Nerua.

a *Intelligunt.* da exemplū: vt.s̃.de inſtit.l. ſed & ſi pupillus. §. proſcribere. Et ſubaudi hic, vel maior pars: vt. s̃. ad mu. l. quod maior. &.j̃.tit.j.l. aliud.§.j. & facit ſupra de iuris & fac.igno.l.regula.§.ſed facti.& ſupra eod.l.cedere.§.fin. Accur.

b *Amicos.* ſume exemplum in teſte: vt ſupra de teſt.l.iij.§.j. Item pone in legato: vt ſupra de leg. l. ſciendum. §.ſi alicuius accuſatio.

c *Notitia.* ſcilicet ex vna ſalutatione, vel colloquio.

d *Iura.* ſcilicet familiaritatis quæſita honeſtis rationib. vel dic honeſtis ratione familiaritatis: vt quia ſocius in hoſpitio, vel in ſcholis: non inhoneſtis: vt ſupra eo.l. libro me. aliàs incipit, Maſurius. in eo quod ibi dicit, honeſtiore & propriore nomine dicitur cōcubina, quàm amica: ſed certe melius ibi innuitur ꝙ ex inhoneſta etiā cauſa ſit amicitia.

Amicitia quid ſit.

e *Rationibus.* vnde Tullius: Amicitia eſt idem velle in licitis & honeſtis. vnde non eſt amicitia inter latrones & fraudatores: ſed inter iſtos eſt fraus & dol⁹: & ideo rei turpis, &c. vt. s̃. pro ſocio.l.cū duobus.in fi.& dicitur amicus quaſi amici cuſtos.

f *Vinculorum.* accipe exemplum.s̃.ex qui.cau.l.j.§.j.nam ibi dicit eum reſtitui qui fuit in vinculis: quod exponit hic, & ſupra in dicto titu.l. ſuccurritur. &.l.in eadem. & ſupra eod.l. qui neque.§.ſolutum.&.l.verum eſt.

g *Cuſtodiæ.* ſcilicet appellatione.

h *Tantum publicam.* vt. d.l.ſuccurritur. in fin.& ſic inſtit. de iure natu.§.ſed quotiens.&.C.de carceri inhi.l.j.

*Fugitiuus.*

a *Fugitiuus.* Da exemplum: vt.ſ.de ædil.edic.l.j.§.j.vbi venditor debet dicere,quis fugitiuus,&c.quod exponit hic,& in eo.titu.l.quis ſit fugitiuus.in princ.&.§.apud Cælium.

b *Dicere quis poſſet.*ſcilicet aliquis:videlicet quantũ ad pœnam infernalem:vt ibi:Qui viderit mulierẽ ad concu.eam,iam mœchatus eſt in corde ſuo.

ſupra de tranſact.l.j. ſed tunc lege coniunctim, tranſactione finita.& iunge legem ſequentem cum iſta. Accurſius.

n *Vt ſunt.Longioris.* id eſt longi.

o *Quod dicimus. Pro ſuperſtite.* non tamen eſt pupillus: vt in arg.contra.ſ.eo.l.non eſt pupillus.& da exemplum.ſ. de ſta.homi.l.q in vtero.ſed opponitur,quid ſi ita ſit heres inſtitut⁹, ſi natus erit intra decẽ dies? ſed hoc facit voluntas teſtatoris.

Fugitiuus [a] eſt, non is qui ſolũ conſilium fugiendi à domino ſuſcepit,licet id ſe facturum iactauerit: ſed qui ipſo facto fugæ initium mente deduxerit.nam & furem,adulterum,aleatorem,quanquã aliqua ſignificatione ex animi propoſitione cuiuſq; ſola quis dicere poſſet: [b] vt etiam is qui nunquam alienam rem inuito domino ſubtraxerit, nunquam alienam matremfamilias corruperit, ſi modò eius mẽtis ſit, vt occaſione data id cõmiſſurus ſit: tamen oportere [c] eadẽ hæc crimina [d] adſumpto actu intellegi: & ideo fugitiuũ quoq; & erronẽ non ſecundum propoſitionẽ ſolam, ſed cum aliquo [e] actu intellegi cõſtat.

CCXXVI. PAVLVS *libro primo Manualium.*

Magna [f] neglegentia culpa eſt:magna culpa dolus [g] eſt.

CCXXVII. IDEM *libro ſecundo Manualium.*

Ex illa [h] parte edicti, *Eum quem ei heredem eſſe oportet*, heredis heredibus bonorum poſſeſſio nõ defertur. Item in ſubſtitutione [i] his verbis, *Quiſquis mihi heres erit*, proximus heres tantum ſignificatur:imò non tantum [k] proximus heres, ſed etiam ſcriptus.

CCXXVIII. IDEM *libro ſingulari de Cognitionibus.*

Municipes intellegendi ſunt & qui in eodem municipio nati ſunt. [l]

CCXXIX. IDEM *libro ſingulari de Tacitis fideicommiſſis.*

Tranſacta [m] finitáve intellegere debemus nõ ſolũ * quibus controuerſia fuit, ſed etiam quæ ſine cõtrouerſia ſint poſſeſſa:

CCXXX. IDEM *libro ſingulari ad ſenatuſconſultum Orſitianum.*

Vt ſunt iudicio terminata, tranſactione compoſita,longioris [n] temporis ſilentio finita.

CCXXXI. IDEM *libro ſingulari ad ſenatuſconſultum Tertyllianum*

Quod dicimus eum qui naſci ſperatur,pro ſuperſtite [o] eſſe: tunc verum eſt, cum de ipſius iure quęritur.aliis autem non prodeſt [p] niſi natus. †

CCXXXII. GAIVS *libro primo de verborum obligationibus.*

Hæc enuntiatio, [q] *Quæ ſunt pluris aureorum triginta*, ſimul & quantitatis & æſtimationis ſignificatiua eſt.

CCXXXIII. IDEM *libro primo ad legem duodecim tabularum.*

*Si caluitur*, [r] * *& moretur, & fruſtretur.* inde & calumniatores appellati ſunt, quia per fraudem & fruſtrationem alios vexarent litibus. [ſ] inde & cauillatio [t] dicta eſt. Poſt Kalendas Ianuarias die tertio pro ſalute principis vota [u] ſuſcipiuntur. Telum [x] volgo quidẽ id appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed nunc omne ſignificatur,quod mittitur manu. Ita ſequitur, vt & lapis, & lignũ, & ferrum hoc nomine contineatur.dictumq; ab eo, quod in longinquum mittitur, Græca voce figuratum ἀπὸ τοῦ τηλοῦ. * & hãc ſignificationem inuenire poſſumus & in Græco nomine. nam quod nos telum appellamus, illi βέλος appellant: eóque nomine volgo quidẽ id ſignificatur,quod ab arcu mittitur: ſed non minus omne ſignificatur quod mittitur manu, ἀπὸ τοῦ βάλλεσθαι Admonet nos Xenophõ. † nam ita ſcribit: καὶ τὰ * βέλη ὁμόσε ἐφέρετο, λόγχαι, τοξεύματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ καὶ λίθοι. & id quod ab arcu mittitur, apud Græcos quidem proprio nomine τόξευμα † vocatur: apud nos autem communi nomine telum appellatur.

CCXXXIIII. IDEM *libro ſecundo ad legem duodecim tabularum.*

Quos nos [y] hoſtes [z] appellamus, eos veteres perduelles [a] appellabant, per eam

c *Oportere.* quãtum ad pœnã iuris ciuilis:vt.ſ. de pœnis.l. cogitationis.niſi in caſu vbi ſola cogitatio forte punitur:vt.C. ad legem Iul. maie.l.quiſquis.Accur.

d *Crimina.* ſ.adulteriũ & furtum.

e *Cum aliquo actu.* aliàs facto. & habes idem ꝙ factum exigatur in delictis. ſ. ad legẽ Aquil. l.ſi quis teſtamentũ deleuerit. in fin.&.ſ.eo.l. ſæpe.in fin.&.ſ.de fur. l.j.§. ſola cogitatione. &.ſ.de ædil.edic.l.quis ſit fugitiu⁹.§.apud Cælium.& in eo.titu.l.bouem.§.j. nec attẽditur, perueniat aliquid ad effectum,an non:vt.C.ſi quacunque prædi. po. l.j. & ſupra de extraordina.cri.l.j.&.C.de fur. l.ſi quis.quod intellige ſi per eum non remanſit:vt ſupra de parri.l.j. in fin.ſecus ſi pœnituit: vt ſupra ad.l.Corne.de falſ.l. qui falſam.& de hoc dixi ſupra de fur.l. qui ea mente.

f *Magna.* pone exemplum vt dixi.ſ.eo.l. cedere.§.ſi. & ſupra eo.l.latæ.

g *Dolus eſt.*id eſt comparatur: vt.ſ. depoſi.l. quod Nerua.&.ſ.manda. l. ſi fideiuſſor. circa prin.&.ſ.ſi menſor fal. mo. l.j.§. hæc actio. & ſupra ſi quis teſta.liber eſſe iuſſus.l.j.§.non autem. &. ſ. de actio. & obliga.l.j.§.is quoque. ſed quandoq; contra: vt.ſ. ad leg. Cornel.de ſica.l. in lege. §.is quoque.& inſtit.de ſuſpec. tuto.§.ſuſpectus.Idem in qualibet fere criminali actione, & ciuili etiam actione quæ dolum tantum punit: vt furti,& etiam iniuriæ.

h *Ex illa.*puta ſi nõ ſint filij vel inferiores qui ſuccedant: & tunc ſuccedunt adgnati: non eorum heredes: vt hic, & ſupra vnde legi.l.j.in princ. & ſupra vt ex leg. & ſena.con.bo.poſ.de.l.j.

p *Non prodeſt.*vt adquirant: ſed aliàs quandoque prodeſt: vt ſupra de pœn.l. prægnantis. & ſupra quando dies lega. ce.l. is autem cui. & quo ad alimẽta matris: vt ſupra de ventre in poſſeſ. mitten. l. j.in princ.& not.in.d.l. qui in vtero. & facit ſupra eo.l.intelligendum.

q *Hæc enuntiatio.* ſic quandoq; loquimur:ſubſtãtia Titij valet plus aureorum xxx. & comprehendit ſimul quãtitates & æſtimationes ſpecierũ quæ ſunt in bonis Titij: vt hic,& ſupra eod.l.propemodum.

r *Si calumnietur.*quidam dicũt fuiſſe hanc quandã rubricã, quę ita dicebat.Vel pone calumnietur,pro calũniatur:vt ſit ſenſus:ſi moretur & fruſtretur, quia non venit ad iudiciũ,calũniatur.i.calumniator præſumitur: vt C.qui accuſa. nõ poſ.l. ſi ea.&. C. vt intra cer. tẽpus cri.quæſtio ter.l. j. Azo.&.ſ.de appel.recipien.l.eius qui.

ſ *Litibus.*nã calũniari, eſt falſa crimina ſciẽter intendere:vt.ſ.ad Turpil.l.j.in princ.Azo.

t *Cauillatio.*à caluo,caluis.i.decipio,decipis.

u *Vota.* ieiuniorũ.Sed quare hic? Reſpõ.quia hic tractat etiã de rerũ ſignificatione. Ieiuniũ enim tale ſignificat votum & deuotionẽ hominum ad Deum pro principis ſalute:& facit ſecundũ hoc. C. de feriis. l. omnes dies. ibi, diem noſtri ortus,&c. vel ſi promiſiſti die votorum: hac die dabis. ſed quandoque etiam propter aliàs cauſas indicitur ieiunium:puta ob ægritudinem,vel quia in hoſtes proficiſcitur.vel dic ſecundo, ſecundum R. vota, id eſt ſacramenta à conſulibus qui die kalendarum Ianuarij intrãt magiſtratũ:vt.ſ. de condit.& demõſtra.l.Publius.& ſic iurant: & in eo iuramẽto habetur mentio principis:vt in authen.iuſiuran.quod præſta.

i *Item in ſubſtitutione.* hoc dic vt.ſ.eo.l.ſciendum.in prin.

k *Non tantum.*id eſt non omnis proximus: ſed demum ſcriptus, ſi quis ſit ſcriptus.

l *Municipes.Nati ſunt.* ſic ergo natiuitas facit municipem:vt hic,& ſupra ad municip.l.j. in prin. & alia plura: vt ibi plene notaui.& facit ſupra eo.l.munus.in fin.

m *Tranſacta.* Pone exemplum.ſ. ad Tertul.l.j.§.fin.vbi mater ſuccedit filio,niſi ſit excluſa ſcilicet mater ſentẽtia vel tranſact.vel niſi ſit finita ſcilicet præſcriptione:quia ſit cõtra eam præſcriptum.x.vel.xx.vel.xxx.annis.ſed in tranſact.videtur contra,quaſi non poſſit eſſe niſi ſit lis: vt.C. de tranſactio.l.cauſas.& ff. Nouum.

x *Telum.*Pone exemplum ex.l.ſ. de furtis.l.ſi pignore.§.furtum. item inſtitu.de pub.iudi.§.item lex Corne.cætera ſunt plana.

y *Quos nos.* moderni.

z *Hoſtes.*qui ſint iſti,habes.ſ.eo.l.hoſtes.

a *Perduelles.*Not.crimen perduellonis,id eſt læſæ maieſtatis contra principem, vel rempublicam, quaſi hoſtile & abominabile: vt ſupra ad.l.Iul maie.l.fin.& de leg.ij.l.cum filius.in fin.& inſtit. de hered.quæ ab inteſtato.§.per contrarium.Accurſius.

Cogitatio ſola quãdoque punitur.

Aug.lib. 3. c. 3. veram hanc lectionẽ aſſeruit.

* non ſolũ d.

† Fortè leg. natis, quidã putant, quibus non aſſentior.

* In vulg. Si calũnietur. verba le. 12. tab. interpretatur, quæ ita erãt ſcripta, Si calũuitur pedẽm ve ſtruit, manũ endo iacito. Feſtus lib 18. in ver. ſtruere. Inſt de publ iudic.§. Telum. Ant. Aug.lib.4.c. 5.&.6.

* Alcia lib. prætermiſſorum.24

† lib. 5 ἀναβάσεως.

* .i. & tela ſimul ferebantur, haſtæ, ſagittæ, fundæ, tum plurimi lapides.

† ſagitta ſeu ſagittatio.

Cicer.1. de offic.

Crimẽ perduellionis quod ſit, & contra quos poſſit committi.

adiectionem [a] indicantes cum quibus bellum eſſet. Locuples [b] eſt, qui ſatis idoneè habet pro magnitudine rei quam actor reſtituendam eſſe petit. Verbum *viuere* quidam putant [c] ad cibum [d] pertinere: ſed Ofilius ad Atticũ ait his verbis & veſtimenta & ſtramenta [e] contineri. ſine his enim viuere neminem poſſe. [f]

CCXXXV. IDEM *libro tertio ad legem duodecim tabularum.*

FErri [g] propriè dicimus, quæ quis ſuo corpore baiulat: * portari ea, quæ quis iumento ſecum ducit: agi [h] ea, quæ animalia ſunt. Fabros [i] tignarios † dicimus non eos dumtaxat qui tigna * dolarent, ſed omnes qui ædificarent.

CCXXXVI. IDEM *libro quarto ad legem duodecim tabularum.*

QVi venenum [k] dicit: adiicere debet vtrum malum, an bonum. nam & medicamenta [l] venena ſunt: quia eo nomine omne continetur quod adhibitum naturam eius cui adhibitum eſſet, mutat: [m] cum id quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον † dicunt. apud illos quoq; tam medicamẽta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. vnde adiectione * alterius nominis [n] diſtinctio fit. admonet nos ſummus apud eos [o] poëtarum Homerus. † nam ſic ait.

Φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά. *

[id eſt, Pharmaca mixta quidẽ bona plurima, plurima amara.]

Glandis [p] appellatione omnis fructus continetur, vt Iauolenus ait: exemplo Græci ſermonis apud quod omnes arborum ſpecies ἀκρόδρυα † appellantur.

Duæ negationes faciunt vnam affirmationem. Bartolus.

CCXXXVII. IDEM *libro quinto ad legem duodecim tabularum.*

DVobus negatiuis [q] verbis quaſi permittit lex magis quàm prohibuit. ídque etiam Seruius animaduertit.

CCXXXVIII. IDEM *libro ſexto ad legem duodecim tabularum.*

PLebs [r] eſt cæteri ciues ſine ſenatoribus. Deteſtatum [ſ] eſt teſtatione denũtiatum. Pignus, appellatum à pugno: quia res quę pignori dantur, manu traduntur. vnde etiam videri poteſt verum eſſe [quod] quidam putãt, pignus propriè [t] rei mobilis conſtitui.

Noxiæ appellatione omne delictum [u] continetur.

CCXXXIX. POMPONIVS *libro ſingulari Enchiridij.*

PVpillus [x] eſt, qui cum impubes eſt, deſiit in patris poteſtate eſſe aut morte, [y] aut emancipatione. Seruorum [z] appellatio ex eo fluxit, quòd imperatores noſtri captiuos vẽdere, ac per hoc ſeruare, nec occidere ſolẽt. Incola † eſt, qui * aliqua [a] regione domiciliũ ſuum cõtulit: [b] quem Græci πάροικον † appellant. Nec tantũ hi qui in oppido morantur, incolæ ſunt: ſed etiã qui alicuius oppidi finibus ita agrũ habẽt, [c] vt in eũ [d] ſe quaſi in aliquã ſedem recipiãt.

Munus publicũ [e] eſt officiũ priuati hoĩs, [f] ex quo cõmodum ad ſingulos vniuerſóſq; ciues, rémque [g] eorũ, imperio [h] magiſtratus extraordinariũ [i] peruenit. Aduena eſt quẽ Græci ἄποικον * appellãt. [k] Decuriones [l] quidã dictos aiũt [m] ex eo, quòd initio cũ coloniæ deducerentur, decima [n] pars eorũ qui ducerẽtur, cõſilij publici gratia cõſcribi ſolita ſit. Vrbs [o] ab vrbo appellata eſt. Vrbare eſt aratro definire. & Varus ait vrbum appellari curuaturam ara-

a *Adiectionem.* id eſt præpoſitionem, ſcilicet per. ſic &. ſ. l. vrbana. §. pernoctare. ſic ergo per, ponitur pro contra: vt & perfidus.

b *Locuples.* da exemplum ſupra qui ſatiſd. cogan. l. ij. in princi. & ſupra in ius vocati vt eant. l. j. Accurſius.

c *Putant.* & male.

d *Cibum.* ſ. tantum.

e *Stramenta.* i. lectum.

f *Neminem poſſe.* ergo verbo viuere, vel verbo victus, continentur hæc quæ hic dicuntur: vt. ſ. eo. l. verbo victus. Sed contra. ſ. eod. l. in ſtratum. vbi dicit, appellatione victus non cõtineri ſtragula: quod eſt idem quod ſtratum vel ſtramentũ, vt in ea. l. dicitur. Solu. diuerſa ſunt genera ſtragularum: quædam ſine quibus viuere non poſſumus: vt lecti: vt hic. alia ſine quibus ſtare poſſumus: vt tapeta: vt colligitur ſupra de auro & argen. leg. l. veſtis. §. virilia. &. §. familiaria. &. l. argumento. §. ſtragulas.

g *FErri.* accipe exẽplum ex cõpoſito. ſ. infero, vt illata: vt. ſ. quib. cau. pig. taci. con. l. eo. iure. Accur.

h *Agi.* i. duci: vt. ſ. de ſer. vrb. præd. l. j.

i *Fabros.* nam & tigni appellatio eſt generalis: vt. ſ. eo. l. tigni.

k *QVi venenũ.* pone exemplũ. ſ. de contrahen. empt. l. quod ſæpe. §. veneni. Item. ſ. ad. l. Corne. de ſica. l. eiuſdem. in prin. &. §. j. &. ij. itẽ. ſ. fami. erciſc. l. cedere. §. mala.

l *Medicamẽta.* ſalubria. Accurſius.

m *Mutat.* dicitur ergo à vi vehementi immutandi naturam eius cui adhibetur. Accurſius.

n *Nominis.* boni & mali.

o *Eos.* ſcilicet Græcos.

p *Glandis.* da exemplũ & dic vt ſupra de glan. legen. l. j.

q *DVobus negatiuis.* q. d. duæ negationes faciunt vnam affirmationem. & da exemplum ſupra de adopt. l. nonnunquam. & ſupra de bon. liber. l. ſi filius qui. & ſupra de fun. inſtru. lega. l. quæſitum. in princi. & ſupra de quæſtio. l. j. §. ſi quis vltro. ſed hoc quandoque fallit: vt. C. de ſer. fugi. l. j. & ſupra de damno infect. l. fluminum. circa princip. ibi, nemine nihil, &c. & ſic hæc dictio magis, comparatiue ponitur. nam plerumque affirmatiue. Accurſius.

r *PLebs.* plebiſcitum fit à plebe. ideoque dicit quid ſit. inſtit. de iure natu. §. plebiſcitum.

ſ *Deteſtatum.* da exemplum & dic vt dixi ſupra eod. l. ſubſignatum. §. de teſtari.

t *Pignus propriè.* improprie vel abuſiue etiam immobilis: dummodo detur creditori. quod vero non tranſit, dicitur hypotheca: vt inſtit. de act. §. item Seruiana. in fi. §. & ſupra de pign. actio. l. ſi rem. §. proprie. Sed quantum ad hypothecariam actionem nõ eſt dare differentiam: vt. d. §. inſtit. in princ. & ſupra de pign. l. res hypothecæ. §. inter pignus.

u *Omne delictum.* priuatum: vt ſupra de noxa. l. j. in prin. & inſtit. de noxa. §. noxa. non publicum: vt dixi ſupra eo. l. hæc ſtipulatio noxalis. quæ eſt argumentum contra.

x *PVpillus.* datur tutor pupillo. dic ergo quis ſit. ſed quandoq; etiam filius in poteſtate dicitur pupillus: ſed improprie: vt ſ. de verbo. oblig. l. fin. §. pupillus. &. C. de iure delib. l. ſi infanti. §. pe. quandoque etiam pro ſeruo impubere: vt ſupra de pœ. l. quam Tuberonis. §. pupillus. ſed improprie dicitur. & facit inſtit. quibus modis tu. fin. in princ.

y *Morte.* ciuili vel naturali: vt inſtit. quibus modis ius patriæ po. ſolu. in prin.

z *Seruorum.* da exemplum inſtit. de iure perſo. §. ſerui. & ſupra de ſta. homi. l. iiij. §. ſeruitus. ſed tabellio dicitur ſeruus publicus, à ſeruiendo, & non à ſeruãdo: vt ſupra de adop. l. non aliter.

a *Aliqua.* alia ab ea ex qua duxit originem.

b *Contulit.* vt &. C. de lati. libe. tol. l. j. in prin. & eſt idem quod aduena ſecũdum quoſdam vt. j. §. aduena. & idem quod accola. vnde Iacob accola fuit in terra Chan. ſed tu dic differentiã inter municipẽ, & ciuẽ, & incolã, & aduenã, & accolã, vt plene not. ſ. ad muni. l. j.

c *Habent.* i. colunt.

d *Eum.* ſcilicet agrum, id eſt villam.

e *Munus publicum.* pro officio ponitur hic munus: vt & ſupra eod. l. munus tribus. in fi. vel ponitur pro perſonali munere: vt tutela: vt inſtitu. de excuſa. tu. & ſupra eod. l. munus tribus. ij. reſpon.

f *Hominis.* vt quia ſit iudex.

g *Rémque.* id eſt ad vtilitatem eorum. Azo.

h *Imperio.* ſcilicet iniunctum: vt ſupra eo. l. munus proprie. in prin.

i *Extraordinariũ,* aliàs extraordinem: & aliàs extraordinario. nam non iure actionis compellitur: ſed ex officio: & ſic extra ordinem.

k *Appellant.* ſ. idem quod incola, ſecundum quoſdã: vt &. ſ. e. §. incola. vel forte is dicitur qui ad tempus moraturus venit. vnde de Loth, Ingreſſus es tanquã aduena: an vt iudices? & dic vt not. ſupra ad muni. l. j. in prin. vel dic aduena, quaſi aliunde veniens.

l *Decuriones.* exponit rubr. ſupra de decur. & vbicunque in legibus inuenitur hoc nomen. & dic deducerentur, ſcilicet ſub ditione Romanorum: vt prouincia Hiſpania, quia capta. quod dic vt. C. de Lati. liber. tol. in prin.

m *Aiunt.* & bene.

n *Decima.* i. decem ex illis probiores. plures enim decimæ erant. nam decies decem eligebantur: vt ex his decẽ meliores optarentur vel eligerentur à prudentibus. vel dic vt plene dicit litera.

o *Vrbs.* multis locis habetur mentio vrbis: vt ſupra eod. l. ij. & inſtit. de iure natu. §. ſed quotiens. nunc vnde dicitur. & dic ab vrbo: aliàs ab vruo. Accurſius.

*Quod.*

* Flo. vaiolat.

† ignarios. ℞ lignarios.

* ligna.

† Alcia. lib. pter. 2. hoc ipſo titu. & Budæus in anno. poſterio. hic.

* Flo. adiectione alterius, nomine diſtin.

† Odyſſeæ lib. 4.

* Alciatus ſic vertit: plura venena quidem bona ſunt, ſed plurima amara. Ant. Aug. lib. 4. c. 4. Hoc de Ægypto dictũ ab Homero, veriꝰ etiam dici poſſe de poetica ait Plutarchus in libr. quomodo oporteat iuuenes audire poeticam

† id eſt fructus arborei qui è ſummis arboribus demantur. Vide. Budæũ hic.

† Alcia. li. 2. parer. c. 7.

* qui in aliquam regionem.

† Vide Alc. lib. pter. 2. hic, & Bu. in annota. poſteri. hic.

* id eſt colonum, qui priores ſedes deſeruerit.

tri, quod [a] in vrbe condenda † adhiberi ſolet. Oppidum [b] ab ope dicitur, quòd eius rei [c] cauſa mœnia ſint conſtituta. [d] Territorium [e] eſt vniuerſitas agrorum intra fines cuiuſq; ciuitatis. quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd magiſtratus eius loci intra eos fines terrendi, * id eſt ſummouendi [f] ius habet. Verbum, *ſuum*, [g] ambiguum [h] eſt, vtrùm de toto, an de parte ſignificat: & ideo qui iuret ſuum non eſſe, adiicere debet, neque ſibi communem eſſe. [i] B

CCXL. PAVLVS *ex libris ſex libro primo imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum.*

CVm quærebatur [k] an verbũ, *ſoluto matrimonio dotem reddi:* non tantùm diuortium, ſed & mortem contineret: hoc eſt, an de hoc quoque caſu contrahentes ſentiant: & multi putabant [l] hoc ſenſiſſe, & quibuſdã aliis contra videbatur: [m] ſecundum hoc [n] motus imperator pronuntiauit, id actum eo pacto, vt nullo caſu [o] remaneret dos apud maritum.

CCXLI. QVINTVS MVCIVS SCÆVOLA *libro ſingulari* ὅρων. †

IN rutis [p] cæſis [q] ea ſunt quæ terra non tenentur, quæque opere ſtructili [r] tectorióve nõ continentur.

CCXLII. IAVOLENVS *libro ſecundo ex poſterioribus Labeonis.*

MAlum [s] nauis eſſe partem, artemonem autem non eſſe Labeo ait: quia plerꝗque naues ſine malo inutiles [t] eſſent, ideóque pars nauis [u] habetur: artemo autem magis adiectamento, * quàm pars nauis eſt. Inter proiectum [x] & immiſſum hoc intereſſe ait Labeo, quòd [y] proiectum eſſet id quod ita proueheretur, vt nuſquã requieſceret: qualia mæniana [z] & ſuggrunda [a] † eſſent. Immiſſum autem, quod ita fieret, vt aliquo loco requieſceret: veluti tigna, trabes quæ immitterẽtur. [b] Plumbũ quod [pro] tegulis [c] poneretur, ędificij eſſe ait Labeo: ſed id quod hypæthri * tegendi cauſa poneretur, contra eſſe. Viduam [d] † non ſolùm eam quæ aliquando nupta fuiſſet: [e] ſed eam quoque mulierem quæ virum non habuiſſet, [f] appellari [g] ait Labeo: quia vidua ſic dicta eſt quaſi vecors, veſanus, qui ſine corde [h] aut ſanitate eſſet. ſimiliter viduam dictam eſſe, ſine duitate. [i] Straturam [k] * loci alicuius ex tabulis factis, † quę æſtate tollerentur, & hyeme ponerentur, ædium eſſe ait Labeo: quoniã perpetui vſus * paratæ eſſent: neque ad rem pertinere quòd interim [l] tollerentur. [m]

C

CCXLIII. SCÆVOLA *libro octauodecimo Digeſtorum.*

SCæuola [n] reſpondit: Semper acceptum eſt, [o] vt libertorum appellatione etiam hi cõtineri intellegantur, qui eodem teſtamẽto vel [p] poſteriore loco manumitterẽtur: niſi manifeſtè is à quo [q] peteretur, [r] † contra defuncti voluntatem doceret peti.

a *Quod.* ſcilicet aratrum. ſed in deſtruendo dicitur pati aratrum: vt ſupra qui.mo.vſusfruc.amit.l.ſi vſusfructus.

b *Oppidum ab ope.* id eſt auxilio. & habetur mentio in multis locis, maxime ſupra proxi.§.incola.

c *Eius rei.* id eſt auxilij.

d *Sint conſtituta.* vt ſint in auxilium habitantibus.

† Vide ad hũc locum Cæliũ Rhodig. lib. le. antiquarum 14. ca. 5. Vide Frontinum de limitibus agror.

e *Territorium.* da exemplum ſupra de iuriſdic. omniũ iudi.l.fina.&.C. de epiſco. & clericis. l. nulli. §. quòd ſi in vico vel territorio.

* Terentius Varro li. de lingua Latina. 4. à terẽdo dictum putat. idem & Sypontinus.

f *Summouendi.* quod fit ex cauſis vel toto loco, vel parte loci: vt ſupra de pœnis.l. moris. & in Lombarda de famoſis, aliàs de ſeditioſis.l.j.

g *Verbum, ſuum.* licet dicat in verbo, ſuo: idem in verbo, meo: & verbo, tuo. & da exemplũ vt dicit in delatione iuramenti: cum iuro rem à me petitam non eſſe ſuam, ſcilicet aduerſarij: vel non eſſe ſuam iurat aliquis: vt ſeruum quem non vult defendere in cauſa noxali: vt ſupra de noxa.l. quotiens.§.prætor.

h *Ambiguum eſt.* id eſt dubium: quia habet duplicẽ ſignificationem.

i *Commune eſſe.* cauſa tollendæ dubitationis. idem eſt tamen & ſi nõ adiiciat: vt.ſ̃. de exce. rei iudi.l.ſi quis cum totum.j.reſpon. Azo. Vltimo nota hic: quod cõmune eſt, non eſt meũ. ſic ſupra de auro & argen.lega.l. Quintus. & de ritu nup.l.illud.j. reſpon. Arg. contra ſupra de leg.j.l. ſerui electione.§.j.&.ij.&.l.Stichus. & ſupra ſi ex noxa cau. l.pe. & ſupra de ri. nup. l.illud.in fi.& de leg.iij. l.ſi quis ſuos.& de cõdi.inſti.l.ij.& de in ius voc.l.ſi communis libertus.& ſupra de neg.geſt.l.ſi pupilli.§. ſi quis ita. ibi, nam & ſi. &c.& hoc prout expoſui.Accurſius.

† id eſt finitionum.

k *CVm quærebatur.* Da exemplum ſupra ſolu.ma. l. ſi quis. ſic & tota die concipitur huiuſmodi ſtipulatio.

l *Putabant.* & bene.

m *Contra videbatur.* & male.

n *Et ſecundum hoc.* in li. R. ſecundum hoc. in li. Al. ob hoc.

o *Nullo caſu.* ſiue morte ſiue diuortio [a] ſoluatur matrimonium: plus etiam ſi non contrahatur: vt ſupra de condic. ob cau.l. ſi extraneus.& ſic eſt contra ſupra ſol.ma.l.ſi cum dotem.in prin. Sol. vt dixi in.d.l.ſi extraneus.

a] Hoc qđ hic dicitur, eſt de iure ciuili: quia de iure canonico hodie matrimoniũ ſola morte naturali ſoluitur: vt in.c. 2. de trãſla.prælano. Panor. in c.in præſentia.& ibi poſui in apoſtil.ad eũ, in ver. ſola enĩ morte. extra de ſpõſa.& no. etiã Alex.in.l ſi cum dotem.§.ſi maritus. in fi.ſ̃. ſo.mat.

p *IN rutis.* pone exemplum vt ſupra de ac.emp.l.fundi.§.ſi ruta. & de contrahen.emptio.l.in vendendo.§. fina. quibus dicitur quòd venditor hæc non dat emptori. nunc quæ ſint. & facit ſupra ad exhibendum.l.Celſus.§.idem Iulianus.

q *Rutis cæſis.* in venditione exceptis. [b]

r *Structili.* id eſt ſtructo in alium.

b] De rutis cæſis pulchre. Bud.ſ̃ de act. empti l. fundi. §. ſi ruta.

ſ *MAlum.* Pone exemplum in vendita vel legata naue: vt ſupra de fundo inſtru.l.fina.Item pone: ſi euincatur, an agatur ex ſtipulatu.quod eſt ſi non eſt pars: aliàs ex empto tantũ: vt.ſ̃.de euic.l.naue,&.l.ſcapham. & dic malum eſſe arborem nauis, & fixum, qui nunquam remouetur, niſi quando paratur. Artemonẽ dicas qui retro ponitur ad eam gubernandã. Sed in eo eſt cõtra.ſ̃.de euic.l. ſcaphã. in fin. vbi dicitur gubernacula eſſe mẽbra nauis, & ſic partes nauis. ſol. hic dicit antequã apponãtur: ibi poſt: vt arg.ſ̃.de ac.emp.l.granaria. vel hic de eo ſine quo nauis eſſe poſſit: ibi ſine quo non poterat eſſe: vel ibi de aliis gubernaculis.

A

t *Inutiles.* ad nauigandum. ſed hæc ratio eſt ſufficiens, non neceſſaria: quia quandoq; vna res poteſt alterius eſſe pars, licet vtrumque ſine altero eſſe poſſit. nã & ſtipulatio ſine diei adiectione eſt valida: tamen dies eius eſt pars: vt ſupra de edẽ. l.j.§.diem.

u *Pars nauis.* ſicut cum ſeru⁹ fundo accedit vel raſtrum: non tamẽ ſeruus vel inſtrumentum partes fundi ſunt: niſi eſſet ſeruus glebæ: vt.ſ̃. de diuer.& tempo.pręſcri.l.longæ.

* additamentum.

x *Inter proiectum.* Pone exemplum vt ſupra vti poſ.l.ſi duo. §. item videamus.&.§. Labeo.nã primo caſu non agitur vti poſſ.ſecundo ſic.Itẽ pone ſupra ad leg. Aquiliam.l. quemadmodum.§.j.vbi primo caſu non licet incidere ſecũdo ſic, & ſua auctoritate.

† Flo. ſuggrundia.

* quid ſit hypæthriũ, pulchre Bud.ſ̃. de vſufru. l. ex ſylua cædua

y *Quòd.* id eſt quia.

z *Mæniana.* vt ſupra ne quid in lo.pub.l.ij.§. cũ quidam. &. C. de ædi. pri. l. Mæniana. Accurſius.

† aliud etymon huius vocis vide apud Macrob. libro Saturnaliũ 6. cap, 15.

* Structuram.

a *Suggrundia.* aliàs ſuggrundæ. & tunc plana. & dic, id eſt ſummitates ædificiorum. aliàs ſuggrundia: & dicunt quòd eſt locus, vel ciuitas.

† factam.

* vſus cauſa.

b *Immitterẽtur.* in alienum parietem, vel ſolũ.

c *Pro tegulis.* id eſt in cõiunctione tegularum. Vel dic quòd pro tegulis, ſiue loco tegularum cooperiebatur domus: vt ſunt eccleſiæ Venetianæ, & etiam aliæ domus: & da exemplum vt in vẽdita domo hoc ſequatur: vt ſupra de actio.emp.l.fundi.§.quę tabulæ. quod autem ſubiicit, hypæthri, quid ſit neſcio.

† Flo. peterentur.

d *Viduam.* quædam ſpecialia in viduis ſeruantur: vt. C. quando imperator inter pupil.& viduã.ideo quæ ſit exponit: licet in vulgari ſtrictius ponatur.

e *Fuiſſet.* hoc modo ſtricte.

f *Habuiſſet.* vllo tempore.

g *Appellari.* in larga ſignificatione.

D

h *Qui ſine corde.* ſcilicet vecors.& dicẽdus eſt &c. & ſic reddit ſingula ſingulis.

i *Duitate.* id eſt ſocietate duorum.

k *Structuram.* id eſt clauſuram contra ventum.

l *Interim.* id eſt quandoque, puta in æſtate.

m *Tollerẽtur.* quia ea quæ ædificio detracta ſunt vt in ædificio reponãtur, ædificij ſunt: vt ſupra de act.emp.& vendi.l. fundi.§.fin. & facit ſupra de pig.l.debitor.& quod ibi dixi.

n *SCæuola.* aliàs incipit lex, ſemper.

o *Acceptũ eſt.* à ſapientibus.& dic caſum ꝙ teſtator etiã eũ libertũ aſſignare poteſt, quẽ eodẽ teſtamẽto manumittit, quo aſſignat: vt.ſ̃.de aſſi.li.l.j.in princ. Et licet generaliter aſſignet libertos vni filiorum in prima parte teſtamenti: tamen etiã illi vidẽtur contineri, quibus poſtea in eodem teſtamento libertas relinquitur: vt ſupra de lega.j.l.talis.in prin.& in fi.

p *Vel.* pro etiam.

q *Is à quo.* id eſt niſi alij probent quòd teſtator noluit aſſignare quos adhuc non honorauerat libertate.

r *Peteretur.* ſcilicet libertas dari. Accurſius.





UNED

a S*I qua pœna eſt.* & male. hoc eſt dicere, differentia non eſt inter multam & pœnam: quod corrigit Paulus: quia neutrum eſt alterum: vt ſubiicit.
b *Paulus.* ſcilicet dicit.
c *Rerum.* ſcilicet pœnæ & multæ. Accurſius.
d *Quoque.* non ſolum enim eſt hæc differentia, ſed etiam & aliæ plures: vt hac. l. notaui. & ſupra eo. l. aliud. §. inter.
e *De pœna.* imò contra: vt ſupra de his qui no. infa. l. furti. &. C. de re iu. l. iij. ſed reſpon. quòd hic in publicis non priuatis delictis dicit, & eorum pœnis. ſed tunc iterum eſt contra ſupra de ap. l. non tantum. & C. de ap. l. litigatoribus. ſed tunc reſpon. quòd nō appellatur ex quo eſt impoſita: ſed ante ſic, quando ſola ſententia eſt lata. At in multa etiam poſtquam impoſita eſt, appellatur: dum tamen fiat intra tempus legitimum. & hoc ſecundum Azo. ſed non videtur probabilis hæc opinio: nam etiam in priuato delicto nō appellatur poſt executionem. Item ſatuum videtur dicere nō appellari ī publicis poſt executionem, maxime cùm pœna enormiter fit: vt ſupra pro ſocio. l. ſi ſocietatē. in fi. & de oper. lib. l. ſi libertus. Item pro hoc facit quod eſt infra, ex hoc quoq; &c. & ſupra, quis & à quo. l. ij. & ſecundū hoc nihil obſtat.

† Concor. tex. in. c. quia nos. de app. extra.

CCXLIIII. LABEO *libro quarto pithanon à Paulo Epitomatorum.*

SI qua† pœna eſt, a multa eſt: ſi qua multa eſt, pœna eſt. Paulus. b vtrumque eorū falſum eſt. namque harum rerum c diſſimilitudo ex hoc quoque d apparet, quòd de pœna e prouocatio non eſt. Simul atque enim victus quis eſt: eius maleficij cuius pœna eſt ſtatuta, ſtatim ea debetur: at multæ prouocatio eſt: f nec antè debetur, g quàm aut non eſt prouocatum, aut prouocator victus eſt: nec aliter, quàm ſi is dixit, h cui dicere i licet. Ex hoc quoque k earum rerum diſſimilitudo apparere poterit, quia pœnæ certæ ſingulorum peccatorū ſunt, l multæ contra: quia eius iudicis poteſtas eſt, quantam dicat: niſi quum lege eſt conſtitutum, quātam dicat. m

CCXLV. POMPONIVS *libro decimo Epiſtularum.*

STatuæ adfixæ baſibus n ſtructilibus, * aut tabulæ religatæ catenis, aut erga parietem adfixæ, aut ſi ſimiliter cohærent lychni, non ſunt ædium. Ornatus enim ædium cauſa parantur, non quò ædes perficiātur. Idem Labeo ait:

* Baſes ſtructiles ſūt veluti ſedimēta columnarum nō ſolido lapide cæſa, ſed opere cæmētitio lateritióve coagmētata, quibus columnæ nitūtur, ipſę quidem ſolido lapide conſtantes. Bu. hic

Alij ergo dicunt q ab executione pœnæ non appellatur: ſed ab executione multæ ſic: vt ſic tollantur dicta contraria. ſed lex generaliter reſiſtit dicēs ab executione nō poſſe appellari: vt. C. quorum appel. non recipi. l. ab executione. Tu dic tertio, de pœna nō appellatur etiam ſtatim lata ſententia, puta ſi fateatur feciſſe furtum manifeſtum: & dicat ſe nimium damnatum, quia in quadruplum ſit damnatus: & ſic de aliis priua. vel publicis: quia ſic magis de iniquitate legis quàm iudicantis conquereretur. at in multa ſi ideo appellat, quia nimis arbitratus eſt iudex, vel nimis exercuit officium ſuum, poteſt: ſicut & aliàs ad arbitrium a boni viri reducitur quod enormiter fit: vt ſupra pro ſocio. l. ſi ſocietatē. in fi. & de oper. lib. l. ſi libertus. Item pro hoc facit quod eſt infra, ex hoc quoq; &c. & ſupra, quis & à quo. l. ij. & ſecundū hoc nihil obſtat.

a] Pro iſto eſt glo. in. c. ſuper his. de accu. extra vbi pauca. adde glo. c. 1. §. quę terminum. in verbo, prorogetur. ad medium. in prag. ſanc.

f *Prouocatio eſt.* id eſt appellatio: vt &. C. de appel. l. & in multis. Accurſius.
g *Debetur.* ſcilicet multa.
h *Dixit.* ſcilicet iudex.
i *Dicere.* iure ordinario. at de pœna etiam delegatus iudicat. & ſic eſt ſecunda differentia: vt ſupra eo. l. aliud. §. inter. in fine.
k *Quoque.* tertiam ponit differentiam: vt ſupra eo. l. aliud. §. inter. ibi, & multa quidem &c.
l *Sunt.* per leges ſcilicet conſtitutæ, quas poteſtas iudicis non poteſt minuere vel augere: vt ſupra ad Turpil. l. j. §. j. in fi. ſed ſecus in multis: vt ſubiicit.
m *Dicat.* quādoque lex certam ponit pœnam, & eam vocat multam: vt ſupra de præua. l. præuaricationis. in fi. &. C. de epi. audi. l. ij. &. C. quorum ap. non recipi. l. abſtinendum. & de iudi. l. properandum. ſin autem vtraque & iſtæ impropriè dicuntur multæ. quādoque ſtatuitur vt vltra non procedatur: & tunc quia minus poteſt dicere, quantum vult, propriè dicitur multa: vt. C. de modo mul. l. fi. & de ſpor. l. ij. quandoque nullo modo ponitur quātitas: vt ſupra de cuſto. reorum. l. ſi quis reum. & tunc propriiſſimè dicitur multa: vt hic, & ſupra eo. l. aliud. §. inter. Accur.
n S*Tatuæ. Baſibus.* Baſes ſunt lapides lati ſub oſtio, qui vltra oſtium quandoque extenduntur: & ibi ſtatuæ ſuperponuntur: vt in foribus eccleſiæ beati Petri ſunt leones. ſi ergo non ſunt de ſubſtantia domus, non continentur vendita domo: aliàs ſecus: vt hic, & ſupra de act. emp. l. fundi. §. quæ tabulæ. Sed arg. contra A ſupra de aur. & argen. leg. l. in argento. §. j

o *Prothyrum.* aliàs prothyrum: & aliàs interdum. & neſcitur quid ſit dicere. vel dic quòd eſt illud quod procul trahitur, vel aqua, vel aliquid aliud, vt in domo noſtra Cirella. Accur. Veſtibulum domus.

Prothyrum o quod in ædibus [iterum † qui] fieri ſolet, ædium eſt.

CCXLVI. IDEM *libro ſextodecimo Epiſtularum.*

APud Labeonem πιθανῶν ita ſcriptum eſt: p Exhibet, qui præſtat eius q de quo agitur, præſentiam. r Nam etiā qui ſiſtit, præſtat eius de quo agitur, præſentiā, nec tamē eū exhibet. ſ & qui mutum, aut furioſum, aut infantem exhibet, nō poteſt videri eius præſtare præſentiā. nemo enim ex eo genere præſens ſatis aptè t appellari poteſt. B Reſtituit nō tantū qui ſolum corpus, u ſed etiā qui omnem rem x conditionemq; y reddita cauſa præſtet: & tota reſtitutio, iuris eſt interpretatio

p A*Pud. Scriptum eſt.* ſed male. & accipe exemplum ex. l. ſupra de in ius voc. l. eum † quo. vbi dicitur: qui promiſit exhibere aliquem in iudicio, tenetur exhibere. quod qualiter intelligitur, hic exponit. Accurſius.
q *Eius.* ſerui vel corporis. Accurſius.
r *Præſentiam.* ſed hoc falſum eſt. nam &c. reprobatur ergo illa definitio vt inſufficiens, & tanquam non conuertibilis cum ſuo definito.
ſ *Exhibet.* quid ergo erit hoc caſu? Reſpondeo: aut non tenet promiſſio ad hoc vt tales debeant ſiſti iuri: aut ſi poſtea inciderint in tales caſus, habebit exceptionem promiſſor: vt ſupra ſi quis cau. l. ij. §. ſi quis. &. §. idem eſt.
t *Aptè.* vt & ſupra eo. l. coram. & de iure codi. l. ij. §. fin. & facit ſupra eo. l. ij. & ſupra eo. l. plus eſt.
u *Corpus.* ſcilicet petitum: cum nihil eſt reſtituendum. & da exemplū vt ſupra de rei vin. l. præterea.
x *Rem.* propter fructus qui quaſi pars rei ſunt.
y *Conditionémque.* hoc dicit propter vſucapionem: & hoc etiam ſubiicit, & tota &c. id eſt omnis reſtitutio conſiſtit in interpretatione iuris: vt ſic fiat vt ius interpretatur: quod habes ſupra eo. l. reſtituere. Accurſius.

† Sic Flor. ſed in vno manuſcr. interdum qui. in alio, iterū perſieri. In Vaticano, interim qui. in alio, iterū fieri ſolet. Vide Ant. Aug. li. 4. c. 16.

## DE DIVERSIS REGVLIS iuris antiqui.

### TITVLVS XVII.

C Quia non eſt nouum vt quibuſdam declaratis & enumeratis generalis clauſula ponatur: vt. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit. ſupra ad. l. Aquil ideo hic iuriſcōſultus, quia ſupra poſuit de iure ciuili & prætorio: nunc ſubiicit regulas illorū iurium. Et diuiditur in quatuor partes: vt patet in textu. Barto.

## DE DIVERSIS REGVLIS iuris antiqui.

*Dictum eſt ſupra de omni iure prætorio & ciuili ſpecialiter per titulos diuerſos, quod ius ſuper perſonis & rebus conſiſtit: vt ſupra de ſtatu hominum. l. 1. nūc generales definitiones ſiue traditiones dicere vult. nec enim eſt nouum vt quibuſdam enumeratis quædam generalis ſubiiciatur clauſula, quæ omnia cōprehēdat &c. vt ſupra ad leg. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. inquit lex.*

*Ex omnibus quoque partibus iuris ſuperioris atque etiam eius quod ſupra relatū non eſt variæ ſententiæ & regulæ hoc titulo proponuntur, id eſt multarum rerum quæ eodem ſe habent modo comprehenſiones breues: vel ex eo quod plerumque ſit rerum definitiones breues. Et ius antiquum vocat quod iandiu* D *populus vſus eſt minime abrogatum Conſtitutionibus Iuſtiniani. nec enim hic inuenias regulam illam antiquam, Actiones ab heredibus & contra heredes non incipere. Sed neque omnes regulas quæ manent adhuc, non illam, Noxam caput ſequi, quæ dicitur regula iuris antiqui Nou. Maioriani quadam, non illam quæ veteris iuris definitio & regula in. l. 1. C. Th. de fide inſti. Petitori incumbere neceſſitatem probandi rem ad ſe pertinere, non quæ veterum regula. l. 1. §. veteres. De adq. poſ. Per ſeruum hereditarium non poſſe adquiri quod ſit eiuſdem hereditatis. Poſſim recenſere complures alias: ſed neque debeo neq, volo. Præterea ius antiquum vocat non quod leges vel conſtitutiones induxerunt, ſed antiquam prudentiam iuris auctorum, vt eſt in. l. 21. C. de fur. & conſonam Iuriſconſultorum definitionem, in. l. vlt. C. Th. de diu. reſ. qualis eſt regula Catoniana & quæ certiſſima iuris regula. §. nō autem. Inſt. de per. & temp. act. Ex delicto pœnalibus actionibus heredes nō teneri, & quæ vetus in §. ſi vero Inſt. de ſatiſ. Neminem rei alienæ defenſorem idoneum eſſe ſine ſatiſdatione, & quæ veteribus Iuriſconſultis adſcribitur. l. veteribus. De pac. In ambiguis contra venditorem interpretationem fieri. & cætera quæ habentur hoc titulo. Illud non omittam. l. 28. & 62. & 65. & 101. & 191. ab hoc titulo alieniſſimas videri. nam quod eſt in. l. 28. Conſtitutio eſt D. Pij, non regula iuris, aut ſi ea Conſtitutio eſt regula, & qualibet Conſtitutio igitur alia eadem*

UNED

*eadem cauſa Conſtitutionis relatæ.l.101.& reſponſi Neratij.l.191.Lex autem.lxi. definitio eſt hereditatis. & .lxv. ſorites, fruſtra repetitæ ex titulo* A *ſuperiore, aut ſi hereditatis & ſoritis definitio eſt regula, & qualibet alia igitur. Deo ſit laus. Exegi opus iuris ſtudioſis longe vtiliſsimum. In libros. xij.Codicis idem efficiam, cum erit otium. Cuiacius.*

imò extra regulam: arg.ſ̃. de pœnis.l. ſanctio legū. & quia extra regulam ſunt,perdūt officium ſuum:& ſic omnes falſæ ſunt quæ habent aliquam exceptionem:cum omnia debeant coniungere, & in nullo fallere:arg.ſ̃.de regu. Catoniana.l.j.& quod hic dicitur.Eſt tamen arg.contra. in authen. de non alie.§.vt autem. vbi innuit firmari regulam per ea quæ excipiūtur. Sed dic firmatur, id eſt declaratur:vt in nō exceptis locū habeat non tanquā regula,ſed tanquam ſic conſtitutum. Quæ autem ſunt quæ patiūtur exceptionē,& quæ non,habes.j̃.eo.l. omnis definitio. Accur.

I. PAVLVS *libro ſextodecimo ad Plautium.*

REgula eſt, [a] quæ rem quę eſt, breuiter enarrat:non [vt] [b] ex regula [c] ius ſumatur: ſed ex iure [d] quod eſt, regula fiat. Per regulā igitur breuis rerum narratio traditur: &,vt ait [e] Sabinus, quaſi cauſæ coniectio † eſt: quæ [f] ſimul [g] cum in aliquo vitiata eſt, perdit officium ſuum. B

† Sic Flor. cauſæ coniectionis meminit Aſcon. & Gell.li.5.c.10. Græci manuſcr & vulga. hîc legunt coniunctio.

II. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

FOeminæ [h] ab omnibus officiis ciuilibus vel publicis remotæ ſunt: & ideo nec iudices eſſe poſſunt:nec magiſtratum gerere:nec poſtulare: nec pro alio interuenire: [i] nec procuratores [k] exiſtere. Item impubes [l] omnibus officiis ciuilibus debet abſtinere.

III. IDEM *libro tertio ad Sabinum.*

EIus [m] eſt non * nolle, qui

* Perperā Haloand. Eius eſt nō velle. &c. Ant.Aug li. I. c. 2.quidā tamē magis probāt Haloand. lect. quia ita legiſſe videntur Græci & Harme nop In manuſcr eſt, Eius eſt nolle &c.

a *Regula eſt.* Quatuor not. ex hac.l. Primo quid ſit regula à princ. illuc vſque, non vt ex regula,&c.& ibi reaſſumit, per regulā igitur, &c.Secūdo quę ſit eius poteſtas: vt ibi,non vt ex regula.Tertio quod ſit eius officium:vt ibi. & vt ait Sabinus, &c. Quarto quòd leuiter vitietur: vt.j̃.ibi, quæ ſimul,&c.Super primo dic, regula eſt quæ rem quæ eſt,id eſt de qua ſit in regula ſermo,breuiter enarrat,id eſt recitat:non ſtatuit ſcilicet de nouo:vt ſubiicit in ſecundo dicto,per regulā igitur,&c. quaſi dicat:regula eſt pluriū rerum compendioſa narratione facta traditio:vt patet per exempla.j̃.eo.per totū.Sed qualiter ſit regula? Reſpondetur,vniuerſali ſigno denotante vniuerſalē affirmationem vel negationem: ſiue id fiat per nomina, ſiue per aduerbia. Exemplum de nomine vniuerſali affirmatiuo.j̃.eo.l.omnia quæcumque. De negatiuo.j̃.eod.l. nemo ex his.& aliis pluribus. De aduerbio affirmatiuo.j̃.eo.l.ſemper in ſtipulationibus.De negatiuo.j̃.eo.l.nihil tam.ſed,nihil, non eſt aduerbium: imò nomen. vnde melius eſt exemplum. j̃.eod.l. nunquam actiones. ſed & ſi indefinite tradita ſit regula,pro vniuerſali tamen eam accipimus, ſicut probatur.ſ̃.de leg.præſtan.l.j.§.generaliter. &.C. de hered. vendi.l.fin.&.ſ̃.de offic.præfe.vr.l.j.§. cum vrbem.aliàs.§.in initio.Si quæras qualiter traditur indefinite? Reſpon. quando vniuerſale ſubſtantiuum,vel eius loco ponitur aliquid in regulę traditione ſiue vniuerſali ſigno. Eſt autem vniuerſale ſubſtātiuum, terminus pluribus naturaliter ſecundum eandem ſignificationē conueniens, vt homo,fœmina, ſeruus, & multa ſimilia. Propria vero nomina non dicuntur pluribus conuenire ſecundum eandem ſignificationem:vt Titius.Loco autem vniuerſalis ſubſtantiui dico poni quis vel qui,cum ſuis obliquis.& is,ea,id,& æquipollentia, vbicumque ſit demonſtratio vel relatio ad hominem vel ad rem:vt.j̃.eo.l.quæ legata. &.l.eius eſt nolle.Super ſecūdo quòd regula non facit ius,ſed ex iure quod eſt. ſcilicet aliàs conſtitutum.ſcilicet generale plurium & cōmune.fiat regula: dic ꝙ non facit ius in exceptis: quia ſic genus ſpeciei derogaret, quod eſſe non debet: ſed econtra ſpecies generi: vt.j̃.eo.l.in toto.vbi ergo nulla eſt exceptio,facit ius generale:vbi autem habet exceptionem,facit ius ſpeciale præterquam in exceptis.vel dic ſecundo quòd etiam in non exceptis non facit ius,cum tantū intendat narrare & coniungere iura:vt proxime.ſ̃.&.j̃.ibi, vt ait Sabinus, &c.Tu dic tertio ꝙ non facit ius in exceptis: vt dixi modo. Item nec in caſibus ſtatutis iam in.l.cum ibi iam ſit factum: vt & modo dixi:ſed ſuper caſibus in quibus eadem eſt æquitas,nec tamen ſunt in iure poſiti, bene facit ius. Super tertio vbi dicitur quod regula eſt cauſæ coniunctio,dic ſecundum Io.cauſæ, id eſt rationis: vt ex duabus.ll.colligitur.ſ̃.de cōdit.& demon.l.cum tale.§. falſam cauſam.& inſtit.de le.§.longe.coniungit ergo regula cauſam,id eſt,rationē redditam in vno, pluribus aliis in quibus vertitur eadem æquitas,attribuit:puta primo ſtatutum fuit in piſcibus,[a] vt occupanti concederentur ea ratione,quia in nullius bonis erant.hæc autem ratio & in leonibus,& aliis feris animalibus locū habet, ſcilicet quia in nullius bonis ſunt. Vnde bene ſequitur traditio generalis:vt quod in nullius bonis eſt,occupanti cōcedatur.Sed P.ſic: regula eſt coniunctio cauſę.i. plures cauſæ ſimul iunctæ regulam conſtituunt: puta ſtatutū eſt in piſcibus vt occupanti concedātur.idem eſt in feris beſtiis,& volucribus,quę in nullius bonis ſunt.Collige ergo regulā, quod in bonis,&c.& ſic non comprehēdit niſi ſtatuta,vt ea coniungat.Quod autē hic dicit,quaſi cauſæ cōiunctio:eſt expreſſiuum veritatis. Fallit autē dicta regula in libero homine,& non adita hereditate,& in re ſacra vel religioſa. Super vltimo dicit P.omnes exceptiones eſſe de regula,& cum ea contineri.ſed opponitur:ergo nulla vitiari poſſet.Sed reſpondebat poſſe vitiari,ſi idē ius in exceptionibus intelligeretur.quod regula breuiter in quibuſdā caſibꝰ primo ſtatuit: & ſic hic intellexit. Secundum eum ergo omnes veræ ſunt, licet habeant exceptionem. Io.dixit exceptionem non eſſe de regula:

ſt. Nouum.

Hæc erat breuis explicatio cauſæ ac veluti ſūma cōprehenſio, quā actor in iudicio faciebat antequā ad aduocatos & ampliorem diſceptationē deueniretur.

a] Piſces, leones,& animalia fera cuius ſunt, & an occupantis.

b *Non vt.* quæ ſit eius poteſtas.

c *Ex regula.* quæ eſt materiatum.

d *Ex iure*,quod eſt materia.

e *Vt ait.* quod ſit eius officium.

f *Quæ.* ſcilicet regula.

g *Simul.* id eſt ſtatim.& hoc quàm leuiter vitiatur.

h *FOeminæ.* Officium aliud ciuile, id eſt perſonale & publicū auctoritate & vtilitate, vt cōſulatus,prætura, iudicatura, & ſimilia: vt.ſ̃. de iudi.l. cum prætor.§.fin. &.ſ̃. de capi. demi.l. amiſſione.§.fin.&.l.ſeq.& aliud publicū.ſcilicet auctoritate, ſed vtilitate priuatū: vt eſt tutela & cura:quod & ipſum eſt ciuile,id eſt perſonale:vt inſtit.de excu.tuto.in prin.&.ſ̃.tit.j.l.pupillus.§. munus.&.ſ̃.de excu.tuto.l.athletæ. §.tutela. & ab omnibus fœminæ remotæ ſunt. Eſt tamen argu.contra.ad hoc vltimum.ſ̃.de procura.l.licet.§.ad actionem. vbi innuit cenſeri priuatum, licet aliquid publici habeat iuris.ſed alio caſu loquitur.Primum autē probat tribus exemplis. primo de iudicio: quod probatur.ſ̃.de iudi.l.cum prætor.§.fin.Secundum de magiſtratu probatur.ſ̃.de mune.& hon.l.& qui originē.§.corporalia. Tertium.ſ̃.de poſtu. l.j.§.ſexum.ſequētia duo exempla.ſcilicet de fideiuſſione & procuratione,vt.ſ̃.ad Velle.l.j.& ſupra de procura.l.neque.gratia ſimilitudinis ponuntur: non quòd ſint publica, imò priuata offi-
C cia. Quis enim ignorat non pertinere ad publicam vtilitatem ſi pro Titio fideiuſſero? & ſic illa ratio ideo,ad prima tria refertur: non ad duo ſequentia.ſic &.ſ̃.ad.l Falc.l.j.§.ſi vſusfructus.verſi. ſed operis.& fami.erciſcun.l.ij.§.ſi quarta. Sed licet non poſſint habere dignitates fœminæ regulariter,quandoque tamen habēt. ſcilicet ſine adminiſtratione; à principe: vt.C.de nup.l.imperialis.§.ſi miles.ſed & cum adminiſtratione,ſi dicat, non obſtante.l. aliqua:vt arg.in authen.de teſt.imperfec.§. & ſi quidem.col.viij. Item habent dignitatē per alium,vti per virū.coruſcāt enim,&c. vt in authen.de conſuli.§. ſin autem.&.§.ſi vero.&.C.de digni.l. mulieres.Item per patrem: vt.ſ̃.de ſena.l.fœminæ. Quod autem dicit,ne poſtulēnt: fallit in caſibus: vt.ſ̃.de poſtu.l.j.§.fin. Item pro ſe poſtulabunt,cum non prohibeātur.Quod de fideiuſſione dicit,fallit in caſibus: vt not.ſ̃.ad Velle.l.j. Item quod de procuratione,fallit.ſ̃.de procu.l.fœminas. Itē extra iudicia poteſt procurare aliena negotia: vt.ſ̃.de nego geſt.l.iij.§.j.ſed in patrimonialibus non excuſantur mulieres:vt.C.de mune.patri.l.pen.lib. x.&.C. de mulierib. in quo lo. mu. ſe. congruentia.lib.x.&.ſ̃.de mune.&.ho.l. reſcripto.§.fina. Item à corporalibus excuſantur: vt.ſ̃.de mune.& ho.l.& qui originē.§.corporalia.&.fa.ad.l.iſtam
D ſupra de ſta.ho.l.in multis.& quod ibi not.& fa.ſupra de iure fiſ. l.deferre.in prin.& de eden.l.fœminæ.& de iniu.l.ij.Accurſius.

i *Interuenire.* id eſt fideiubere.Accurſius.

k *Nec procuratores.* exempla de officiis priuatis.

l *Item impubes.* etiamſi penuria ſit aliorū:vt.ſ̃.de iure immu.l.ij. §.impuberes.ſed adultus poteſt ex cauſa, non aliàs, ante.xxv.annos:vt.ſ̃.de decu.l.non tantū.arg.cōtra.C.de teſta.mil.l.fin.Acc.

m *EIus.* Caſus huius.l.poteſt poni in eo qui eſt inſtitutus ſub conditione.Item in eo cui eſt legatum relictum ſub conditione.nam interim non poteſt velle vt habeat:nec interim poteſt nolle etiā repudiando vt perdat: vt.ſ̃.de adquir.here.l.is qui heres.in princ.&.§.ſi quis.&.l.is poteſt. &.ſ̃.de lega.ij.l.ſi ita.§.ſi ſub conditione.Poteſt etiam poni in contractibus.ſ.vt qui habet poteſtatem vt cōtrahat,habet ne contrahat.nam qui poteſt velle contrahere,idem poteſt & nolle: vt.C.de act.& obliga.l.ſicut in initio. Furioſus autē velle contrahere non poteſt: & idcirco nec nolle videtur. Hæc autē regula locū habet ante contractū initū, non poſtea: vt.d.l.ſicut.Item etiā poſt cōtractum initum locum habet in mandatis & iuſſis, quæ reuocari poſſunt re integra.ſen-



UNED

poteſt velle. [a]

IIII. IDEM *libro ſexto. ad Sabinum.*

VElle [b] non creditur, qui obſequitur imperio patris vel domini.

V. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

IN negotiis [c] contrahendis [d] alia cauſa habita eſt furioſorum: [e] alia eorum [f] qui fari poſſunt, quamuis actum [g] rei non intellegerent. [h] nam furioſus nullum negotiũ contrahere poteſt: [i] pupillus omnia tutore auctore agere poteſt. B

VI. VLPIANVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

NOn vult [k] heres eſſe, qui ad alium transferre voluit hereditatem.

VII. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

tentia vero reuocari non poteſt: vt.ſ.de re iudic.l.quod iuſſit.in fin. Nec poteſt poni caſus in ſeruo herede inſtituto qui adiit hereditatem iuſſu domini: vt non dicatur velle: vt ſic poſſit nolle: cum inuitus cogatur adire: & ſic velle cogitur: vt.ſ.ſi quis omiſ. cau.teſta.l.j.§.j.Conſenſus enim ſerui neceſſarius eſt: vt ſupra ad Trebel.l. ſeruo inuito. circa prin. poteſt enim iubente domino nolle adire: vt.C. de here.inſtit.l.cum proponas.in fin.Fallit autem regula. ſupra de bon.poſſ.l.tutor. vbi dicitur quòd bon. poſſ. poteſt tutor pupillo petere: non autem poteſt repudiare. ſed illud eſt ratione officij.Accurſius.

a *Poteſt velle.* ſubaudi, & contra.

b VElle nõ creditur. Pater iuſſit filio vt aliquid faceret quod atrocitatem non continebat. filius non creditur velle quo ad ſuam pœnã.namq; parêre debuit: ideoq; ſibi ignoſcitur: vt.j.eo.l.ad ea. Sed argu. contra.ſ. quod me.cau.ſi mulier §.fin.&.ſ.de ri.nup.l.ſi patre cogente. &.C.de here.inſt.cũ proponas. quibus diciturꝙ coacta volũtas, [a] voluntas eſt: ſed hoc quod dicit, eſt quo ad hoc vt non puniatur: eſt tamẽ voluntas: vt ibi.Ac.

a] Coacta volũtas, voluntas eſt.in cõtrariũ videtur tex.ĩ. c. veniens.2. extra de ſpon. dũ dicit matrimonium metu cõtractũ eſt nullum.

c IN negotiis. Quædã ſunt negotia quæ exigunt expreſſam voluntatẽ: vt.ſ.de proc.l.filius.§.inuitus.&.ſ.de ſer.vr.prædi. l.inuitũ.& in his obtinet hæc.l.vt.ſ.de iure codi.l.ij.§.pe.ſcilicet vt habeatur loco diſſentientis.Item aliquando ſufficit tacitus cõſenſus: vt in his idem: vt.ſ.lo.& cõdu.l.qui ad certũ.niſi in caſu: vt.ſ.ſolu.ma.l.ij.§.fi.vbi eſt ſpeciale propter patrẽ.Sed Azo.dicebat in tacito cõſenſu videri ſemper conſentire furioſum, per illã. l.ſolu.ma.quod non placet per.l.illam, qui ad certum. Aliquando etiam nec tacitus conſenſus eſt neceſſarius: ſed ſufficit ſi ceſſet prohibitio: vt.ſ.de neg.geſt.l.ſi ex duobus.& in his habetur furioſus loco conſentientis: vt.ſ.de neg.geſt.l.iij.§. curatori.pupillus autem ſi perfecte intelligat, cuilibet obligari poteſt tut.auct. etiam ſi ſemiplenũ intellectum habeat, ſecus ſi nullum: vt inſti.de aucto.tu.in princ.& de inuti.ſtip.§.furioſus.&.ſ.de acquir.poſ.l. quamuis.§.infans.&.ſ.rem pup.ſal.fo.l. ſi pupillus.&.l.ſeruũ. & de adquir.poſ.l.j.§.ſi furioſus.&.ſ.de verbo.obli.l.mulier.Acc.

d *Contrahendis.* id eſt contractibus celebrandis.

e *Furioſorum.*i.eorũ qui ex mentis alienatione carent intellectu.

f *Eorum.* ſcilicet pupillorum.

g *Actum.* id eſt quod agunt.

h *Intelligerent.* ſcilicet plenè iſti pupilli.

i *Poteſt.* etiam curatore auctore.Accurſius.

k NOn vult. Caſus iſte commodiſſimè poni poteſt in libero homine, qui ab aliquo bona fide poſſidetur, qui eſt inſtitutus contemplatione poſſeſſoris: & ſciens ſuam conditionem adiit, volens ei adquirere.nam ei quærit: vt.ff.de adquir.re. do.l. homo liber.circa prin. Sed & poteſt poni in eo qui eſt inſtitutus, & rogatus alij reſtituere hereditatem.nam ſi vult ſponte adire, & totam hereditatem reſtituere, non erit heres quantũ ad commodum vel incommodum: vt inſtit.de fideicom.heredi.§.reſtituta. Item ſi non vult, cogitur adire. nam tunc onere & emolumento carebit: vt in eo.tit.§.ſed ſi recuſet. Sed his eſt argu. contra.ſ.de mino.l.ait prætor.§.ſed quod Papinianus. ſed ibi nomine durat, hic non durat.Vel non vult ibi eſſe heres re. ſi autem ſponte adiret, & quartam retineret, remanet heres etiam re pro quarta in onere & emolumento: vt inſtit. de fideicommiſ.heredi.§. reſtit. & ſequen.§.ſed quia.Vel pone exemplum: vt ſupra de iure do.l. profectitia.§.ſi pater.vbi dicitur, ſi pater repudiat hereditatem vt ad generum ſubſtitutum tranſeat cauſa conſtituendæ dotis, non eſt dos profectitia: & ſic non erit pater heres. Item pone ſupra de dona.inter vi.& vxo.l.ſi ſponſus.§.ſi maritus.

l IVs noſtrũ.Hæc regula vera eſt inter paganos: ſecus inter milites: vt inſtit.de here.inſtit.§.non autẽ.&.§.fi.&.ſ.de teſta. mili.l.ſi miles fundo.&.l.miles.§.& quia.Item in paganis eſt vera

IVs noſtrum [l] non patitur eundem in paganis [m] & teſtato & inteſtato deceſſiſſe: earúmque rerum [n] naturaliter inter ſe pugna eſt, teſtatus & inteſtatus.

VIII. IDEM *libro quarto ad Sabinum.*

IVra [o] ſanguinis [p] nullo iure ciuili dirimi poſſunt.

IX. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Sabinum.*

SEmper † in obſcuris [q] quod minimum [r] eſt ſequimur.

X. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

SEcundum [ſ] naturam eſt, commoda cuiuſq; rei eum ſequi, quem ſequentur incommoda.

XI. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

ID quod noſtrum [t] eſt: ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt.

ab initio. Ex poſtfacto autem & ipſi pro parte quãdoque inteſtati decedunt: vt & ſupra de inoffic.teſta.l.circa.Sed oppo.Io.mulier virum cui nupſit intra tempus luctus, non poteſt inſtituere heredẽ vltra quàm in tertia: vt.C.de ſecun.nupt.l.j.in prin.Pone ergo quòd in ſolidum heredem eum inſtituat: an erit in ſolidum heres? videtur ꝙ non, per illam. l. Si dicas in tertia: tunc eſt contra iſtam.ſi dicas in nihilũ: eſt iniquum.nam inutile nõ debet vitiare vtile: vt ſupra de iure do. l.ſiue generalis. circa prin.ſed dic in ſolidum eum heredem. Sed id quod habet vltra tertiam partem, reſtituit vt indignus: vt arg.ſupra de vulga. ſubſtitu. l.ex facto.§.vlti. A

† Tex. in ca no. Nerui. 42. diſtin.

m *In paganis.* quæſitis in domo & in pago, non in militia.

n *Rerum.* teſtati & inteſtati.

Ter. Heeyr.

o IVra. Per capitis deminut. mediã & maximã tollitur ius ſuccedendi tanquã cognatio.Item per omnẽ capi. demi. tollitur ius ſuccedendi tanquã adgnatio: vt inſtit. de leg. tut.§. fin. ſed ipſa conſanguinitas nullo delicto tolli poteſt: vt hic dicitur. Item non tollitur ius quo prohibentur nupt. inter adgnatos & cognatos, etſi omnis capi. demi. accidat in cuiuſquam perſonã. nam etiam in perſonis ſæruorum ius eſt prohibendarum nuptiarum: vt ſupra de ritu nupt.l.adoptiuus. §. ſeruiles. Pacto autem ius ſuccedendi tanquam adgnatus vel cognatus, non poteſt tolli: vt ſupra de pact.l.ius adgnationis. Item pone exemplum.C.de patria po.l.abdicatio.ſecundum ſecundam poſitionem caſus. C

p *Sanguinis.* id eſt ius conſanguinitatis.

q SEmper in obſcuris. Pone caſum.ſ.de lega.iij.l.nummis.Item ſupra de verbo. obliga.l.ſi ita ſtipulatus fuero.x.&.l.inter ſtipu.§.ſi ſtipulante.In primo eſt obſcuritas & æquiuocatio, propter nummorum diuerſitatem: vt.ſ. de iure fiſci.l.ita fideicõ. & ſ.de re.du.l.vbi.Secundo propter alternationem: vt.ſ.de iniu.l. prætor.§.quod ait prætor. Item poteſt poni.ſ.de arbi.l.diem.§.ſi plures.ibi, inde quæritur, &c. Item facit.ſ.de pœn.l. ſi præſes.in fin.Sed op.j.eo.l.in obſcuris. vbi dicit inſpici quod veriſimilius eſt.Solu. hæc ſecundum illam: vt illud primo inſpiciatur: vt.j. eo.l.ſemper.Secundo obiicitur.ſ.de iure do.l.cum poſt §. gener. vbi promiſſio fundi non valet, neque legatum.Sed ibi ideo, quia ſi quod eſt minimum, inſpiceretur: ad nihil rediret: cum & palmus terræ ſit fundus: vt.ſ.de leg.j.l.quod in rerum.§.ſi quis.Tertio ob.ſ.de au.& argu.lega.l. qui lancem. ſed ibi dicendo minorem, non dixit obſcurè, ſecundum naturã comparatiui: vt inſtit. de libertinis.§.fi.& de cap.de.§.j.&.ij. Quarto obſtat.ſ.de verb. oblig.l. inter ſtipulantem.§.ſi Stichum. &.ſ. de iudi.l.ſi quis intentione.ſed ille in iudiciis: & eſt ratio vt in dicta.l. inter ſtipul. D quia iudicium redditur in inuitum. ſed & in contractibus ſi ſit in alio obſcuritas, quàm in re ſuper qua cõtrahitur, accipitur quod nocet proferenti: vt.ſ.de pact.l. veteribus. & adde etiam diſtin. circa princ.quam habes.ſ.de verbo.obli.quotiens.

r *Minimum.* id eſt vilius.Accurſius.

ſ SEcundum.Pone caſum.ſ.de inſtit.l.j.& inſti. de contrahen. emp.§.cũ autẽ.& inſtit.de le.pa.tu. &.ſ.ſol.ma.l.inſulã.§. vſuras.& de leg.j.ſi ex toto.j.reſpon.&.ſ.de vulga.ſub.l. & ſi cõtra.in quibus etiam colligitur ꝙ cõtrariorum eadem eſt diſciplina.& ad idem. C.de cadu.tol.l. vnica.§. pro ſecundo. & de fur.l. manifeſtũ.§.ſed cum in ſecunda.Sed fallit inſtit.de le.pa.tu.in eo quod dicit plerumque.ſed illud propter ſexum. Item fallit ſupra de neg.geſt.l.ſi negotia ab.& ſupra communi diui.l.ſi quis putãs. §.j. & pro ſoc.l.ſed & ſocius. §.ſi abſenti. ſed in his gerens & ſocius fuerunt in culpa, vt teneantur, & non agant: vt ibi dicitur.

t ID quod noſtrum. Procurator meus ad aliqua negotia conſtitutus, fundum meum me ignorante vendidit. huius fundi dominiũ non amiſi ſine facto meo, id eſt niſi mãdauerim, vel ratum habuerim: vt.C.mãd.l.cum mãdati.& facit.ſ.de pac.l.ſi.Sed

op.de eo

a] Adde ꝙ hoc eſt ī ꝓprie: vt not. Bal. in .l. I in prin. C. qui teſt. fa. poſ. & in .l. illud. de ri. nu. aliquid per Cardi. in cle. I. §. terra. in 5 q. de pœniten. & notaui in apoſtil. ad Gemi. in ca. illis. §. ſi vero. in ver ſit meū. de prę-ben. lib 6.

* Sic For. paſſiuè accipiendum.

op.de eo quod eſt commune : nam & ipſum meum dicitur : a vt ſupra de ri.nupt.l.illud.& ſupra de leg.iij.l.ſi quis ſuos. & tamen alienari poteſt ſaltem pro parte : vt.C.de con.rerum alie.l.falſo. Reſpon.hæc lex loquitur in eo quod eſt totum noſtrū.ſed commune eſt noſtrum non totum,ſed pro parte.Vel verius & ibi habet locum hæc regula etiam in mea parte:nec dicitur res communis mea, veritate inſpecta, ſed fictione,propter fauorem vltimæ voluntatis, vel ſimilem cauſam.Secūdo op.de creditore qui vendidit, & dominiū transfert etiā contra voluntatem debitoris: vt. C.debi.vēd. pig. impe. non poſſ.l.j. &.ij.Nec dicat quis, &

XII. PAVLVS *libro tertio ad Sabinum.*

IN teſtamentis [a] plenius voluntates teſtantium interpretantur. *

XIII. VLPIANVS *libro nonodecimo ad Sabinum.*

NOn videtur [b] cepiſſe,qui per exceptionem à petitione [c] remouetur.

ibi factum domini interuenit,qui dedit poteſtatē alienandi.nam & ſi non dederit, alienat tamen : vt.C. de iur.do.impe.l.fin.§.ſin autem?Reſpon. & ibi videtur facere debitor non ſoluēdo:vt arg. infra eo.qui non facit.Tertio oppo.de tutore qui rem pu.alienat ſine facto pupilli : vt.C. de admi.tut.lex quæ. in fin.&.l.fin.in fi? Reſpon.ſpeciale,ne vtilitas pupilli impediatur:vel ſub.hic, facto noſtro,vel alterius qui loco domini ſit:vt.s̃.de fur.l.interdum.§. qui tutelam. Quarto op.de eo cuius res vſucapitur : qui & nihil facit,imò quia nihil facit,id eſt tacet, & vſucapionem non interpellat:amittit dominium directum per vſuca.vel quaſi dominiū, vt per præſcriptionem? Reſpon.& qui tacet,aliquid facere fingitur.ſcilicet alienare:vt ſupra tit.j.l.alienationis.Quinto oppo.de executore:cuius facto amitto dominium : vel ſi non ſum dominus,teneor de euictione:vt inſtit.de offic.iudi.§.fin.&.s̃.de euic. l.ſi pignora.&.C.de euict.l.ſi ob cauſam?Reſpon.factum executoris interpretatur meum:quod patet:quia ſic teneor de euic.ac ſi ego vendidiſſem. Sexto opp.de re ſub condi.legata, quæ pendente conditione eſt heredis:& ſtatim exiſtente cōditione tranſit in legatarium etiam ſine facto heredis:vt.C.communia de leg.l. fin.§.ſin autem ſub condi.&.§. ſed in his. &.s̃.de lega. j. l.ſi fundum ſub conditione ? Reſpon. & ibi factum heredis interuenit. Adiit nanq; hereditatem : ſine qua aditione legatum eſſet inutile.Septimo oppo.de imperatore Auguſto & fiſco:vt.C.de vend. re.fiſc.cum priuatis com.l.j.lib.x.&.C. de communium re.alie.l. multum.&. de quadr.præſcrip.l.omnes. &.l.bene? Reſpon.hæc eſſe ſpecialia,ſecundum Azo. & eodem modo reſpon.ad.l.ſupra de acquir.re.do.l.ergo.§.alluuio.&.l.adeo.§.inſula.Accur.

a IN *teſtamentis* . Plenius in teſtamentis quàm in contractibus interpretamur in dubiis : vt patet:quia ſi lego vina, & vaſa videor legare,ſine quibus vina ſtare non poſſunt:vt ſupra de tritico legato.l.ſi cui.§.ſi vinum. & de penu leg. l.qui penum.§.fin. &.l.nanque.in princ.ſecus ſi vendam vinum : vt ſupra de peri.& commo. rei vendi. l.j. §. licet. Item dominium rei legatæ tranſit ſine traditione : vt.C. communia de leg. l.j.ſed venditæ non : vt C.de rei vindi.l.ſeruum. Item ſi lego tibi fundum quem Romæ habeo, dandum ſtatim poſt mortem meam, & ſtatim decedam: valet legatum : non ob. quòd ſic cito dari non poteſt : vt ſupra de lega.j.l.ſi mihi & tibi.§.j.Non ſic in ſtipu.vt inſtitu.de verbo. obliga.§. loca. Item heres tributa præterita legatæ rei ſoluit : vt ſupra de leg.j.l.apud Iul.§.heres.non ſic venditor:vt.C.ſine cen. vel re.l.omnes. Item ſi lego tibi ſeruum quem verè elegerit Titius,non perditur legatum licet Titius non eligat : ſed in legatarium conuertitur electio : vt.C.de contrahen.emp.& vend.l.vlt. Item ſtipulari non poſſum fundum hoſtium : vt ſupra de verbo. oblig.l.liber homo.ſed legare ſic : vt.s̃.de lega.j.l.ab omnibus.§. etiam.Item in contractibus non poteſt conferri obligatio in arbitrium alterius contrahentium : vt. C.de contrahen.empt.l.in ementis. ſed relicta poſſunt committi arbitrio heredis : vt ſupra de lega.iij.l.fideicommiſſa.§.ſi ſic.In reſcriptis autem pleniſſimè: vt.C.de bo.vacan.l.ſi quando.lib x.&.ſupra de conſtitu.princ.l. fin.& adde hic diſt.quam ibi no. Item facit.ſupra de vſu & habi. l.plenum.§. ſed & ſi pecoris. & de inoffic. teſta.l.ſi pars. &.C.de fideicom.liber.l.cum inter. Item & quod dicitur præſumi inſtitutum qui non eſt:vt C. de inoffic.teſta.l.ſi mater.Item & conditionem extitiſſe quæ defecit:vt.C.de inſtitu.& ſubſti.l.j.Accur.

b NOn *videtur*. Si legata ſunt relicta in teſtamento, & teſtator conſulto ſcripturam deleuit vel induxit : non videtur cepiſſe legatarius legatū. nam cepiſſe id dicor, cuius nomine actio mihi datur,exceptione non elidēda:cum ipſum apud me ſit remanſurum, non alij reſtituendum:vt.s̃.de verb.ſign.l.aliud.& ſupra de his quæ in teſta. delen.l.j.&.j̃.eo.l. non videtur cepiſſe.

ff. Nouum.

Similiter poteſt poni ſi alio modo adimatur expreſſè vel tacitè legatum relictum : vt ſupra de adimen. lega. l.iij.in fin. &.l.cum A ſeruus.&.l.ex parte.Sed poteſt poni in herede inſtituto, & rogato hereditatem reſtituere,quam adire eſt coactus.nam nil cepiſſe videtur,cum neceſſe habeat alij reſtituere totum : & exceptione, ſi agat contra habitores,remouetur:vt.s̃.ad Trebel.l.quia poterat. &.l.j.§.quanquam.Vel verius pone in filio exheredato cui fuit adēptum legatum,& ignorans petiit,& exceptione eſt repulſus. nā aget querela : vt.s̃. de inoffic.teſt.l.nihil.§. ſi cum filius.Fallit autem hæc regula in caſibus. ecce enim ſi teſtator filio ita

XIIII. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

IN omnibus [d] obligationibus in quibus dies nō ponitur, pręſenti die debetur. [e]

XV. PAVLVS *libro quarto ad Sabinum.*

IS qui* actionem [f] habet ad rem recuperandam,ipſam rem habere videtur.

* Qui actionem.

ſubſtituit : quiſquis mihi heres erit, ſit heres filio meo. cum duo heredes fuerunt,ſed vnus partem ſuam mota querela inoffi.teſt. B amiſerit, & ita exceptione remoueatur. nam videtur nihilo minus cepiſſe,vt ex pupillari ſubſtitutione admittatur : vt ſupra de vulg.ſubſt.l.in pupillari. Idem eſt & in eo qui partis ſuæ partem amiſerit ideo quòd in fraudem legum fidem accommodauit, vt non capaci reſtitueret : licet exceptione repellatur à parte : videtur tamen in ſolidum cepiſſe, vt ex cauſa pupillari ſuccedat ſubſtitutione facta : vt in ſuperiori caſu.& ſupra de pu.ſubſt.l.ex facto.§.Iulianus. Item fallit in libertate fideicommiſ.cum ſuus heres abſtinuit.nam licet ſummoueatur exceptione agendo contra hereditarios debitores, tamen videtur cepiſſe hereditatem, vt libertati ſubueniatur:vt ſupra de fideicommiſſa.liber.l.cum quaſi §.ſed & ſi quis.

c *A petitione*. id eſt ab eo quod petit. & aliàs non habetur in textu.

quod met.cau.l.quod dixit.§.fi.&.l. videamus. huic regulæ videtur derogari ſupra ad.l.Iul.repe.l.ij.nam ibi datur in heredem pœ A nalis intra annum : quod quidam intelligunt, cum non peruenit ad heredem aliquid:& ſic eſt exceptio huius regulę.nam ſi perueniſſet,perpetuo daretur actio:vt ſupra de calum.l. in heredem. & de dolo . l. in heredem. &.l.itaque.Sed Io.dixit in.d.l. ſupra ad leg. Iul. repe.quòd etiam ſi peruenerit , non teneatur vltra annum : ſicut nec ipſe qui deceſſit . eſt enim eo caſu actio annalis : ſicut & aliæ multæ annales ſunt . & de materia huius . l. dic plenius vt. C. ex delic. defun. Item no. bonam huius. l. ſimilitudinem. ſic ſupra eod. l. ſecundum naturam. Item facit infra eod. l. totiens. & ſupra de vi & vi arma.l.iij.in princi. & ſupra de eo per quem fa. erit.l.j.§.fi.

* mora ſit. al . in quo quis alium p horreſcit quo minus fiat.

XXXIX. IDEM *libro trigenſimoſecundo ad Sabinum.*

IN omnibus [a] cauſis pro facto accipitur id, in quo per alium moræ * ſit quo minus fiat.

XL. IDEM *libro trigenſimoquarto ad Sabinum.*

FVrioſi, [b] vel eius cui bonis interdictũ ſit, nulla voluntas eſt.

XLI. VLPIANVS *libro vicenſimoſexto ad Edictum.*

NOn debet [c] actori licere, quod reo non permittitur. In re [d] obſcura melius eſt fauere repetitioni, quàm aduenticio lucro.

XLII. GAIVS *libro nono ad Edictum prouinciale.*

QVi in alterius [e] locum ſuccedunt, [f] iuſtã habent cauſam ignorantiæ, an id quod peteretur , deberetur . Fideiuſſores quoque non minus quàm heredes iuſtam ignorantiam poſſunt allegare . Hæc ita de herede dicta ſunt, ſi cum eo agetur: non etiam ſi agat . nam planè qui agit, certus eſſe debet : cum ſit in poteſtate eius, quando velit experiri:& ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agẽdum procedere.

B XLIII. VLPIANVS *libro vicenſimooctauo ad Edictum.*

NEmo [g] ex his qui negant ſe debere, [h] prohibetur etiam alia defenſione vti , niſi lex impedit. Quotiens [i] concurrunt

a IN *omnibus*.ſi fui cõdẽnatus:& per metum iudicis vel aduerſarij non appellaui: & hoc fui proteſtatus : perinde eſt ac ſi appellaſſem : [a] vt. C. de his qui per me. iudi. l. fi. & ſupra de ap. l. cum quidam . Item timui te prohibere faciẽtem opus in meo:perinde eſt ac prohibuiſſem: vt tenearis quod vi aut clam:vt ſupra quod vi aut clam.l. j. §. ſed Ariſto.Item promiſi ſtare iuri ſub pœna: & prohibitus fui à iudice : perinde eſt ac ſi ſtetiſſem:vt ſupra ſi quis cau.l.ij. §. ſimili modo.Item ſi ab aduerſario. Secus ſi ab extraneo : vt ſupra de eo per quem fa.er.l.j.§.ſi rem.Item fa.ſupra de ſol.l.qui decem. in princ. hæc autem regula fallit ſupra de condit.& demon. l. quibus diebus.in princ.nam ſi tibi relictus fundus à teſtatore fuerit , ſi intra decem dies aſcenderis Capitolium : cum te prohibeat heres , vel extraneus:non videris impleuiſſe conditionem : licet hi dies quibus fuiſti prohibitus,non computentur.item fallit. C. de condit. in ſer.l.fin.licet enim.x.dare per alium iuſſus,fuerit prohibitus:nõ tamen impleuit condi.id eſt non videtur dediſſe : ſed adhuc dare tenetur,vt ſtatim ſit liber:vt ibi dicit.

a] Infero ꝙ proteſtatio appellationi æquipollet. ad quod cõcor. glo. in. c . cumana. extra de elect. & in.c. cũ M. & ibi no. extra de conſtit.

b FVrioſi.de furioſo conſtat,quia eſt loco abſentis : vt ſupra de iu.co.l.ij.§.fi.de interdicto dic, ſcilicet cui eſt interdictum bonis à lege: vt in crimine læſæ maieſtatis . nam poſtquam id crimen commiſit:nec alienare,nec alienanti conſentire,nec debitores ei ſoluere poſſunt:vt.C.ad.l.Iul.maieſt.l.fi. huius ergo voluntas nulla eſt in prædictis : ſicut nec furioſi . Idem ſi interdicatur à iudice,quia ſit prodigus:vt ſupra de curato.furio. l. j. in princ. licet ibi videatur dicere quòd lex interdicit . Sed dic id eſt præbet auctoritatem iudici interdicenti.Item per iudicem videtur interdici , quando aliquem condemnat de publico crimine . ante ſententiam enim aliqua eſt eius volũtas:poſtea non:vt ſupra de don. l.poſt contractum.& hoc ſi tractatur de alienando. At acquirere poſſet:& ſic videtur aliqua eſſe voluntas : vt ſupra de verb. obli. l.cui.nam pupillo comparatur:vt.ſ.ſi cer.pe.l. certi condictio. §. ſed ſi ei numerauero.Item cõparatur furioſo : quia furioſus alienare non poteſt:nec etiã acquirere poteſt . cui Azo non cõſentit. Porro in quo caſu ſufficeret alicui non contradictio , in eodem caſu voluntas furioſi tacite interuenire creditur , vt ſupra ſol.ma. l.ij.§.voluntatem.nam & ei quæritur vt alij ignoranti.vt inſtit.de here.ab inteſta.§.ſui.Vbi voluntas expreſſa eſt neceſſaria,furioſus inuitus dicitur.Sed quod dixi,ſecundum Azo.furioſum videri tacite conſentire,vbi tacita ſufficit voluntas , dici poteſt contra regulariter:vt ſupra loca.l.qui ad certum.nec obſtat.§.voluntatem. quia ſpeciale propter patrem cui videtur cõſentire.& facit. C. de in integ.reſt.mi.l.ſi curatorem.Accurſius.

c NOn debet.Si actori petenti datur dilatio propter teſtes,ergo & reo:vt hic.Sed hæc regula fallit.nam cum reus plures habeat iudices ordinarios , non poteſt actor vnum eligere , & ſic alium recuſare per conſequens:vt.C. de epi. & cle. l. cum clericis.in princ. quòd reo non licet recuſare ordinarium : vt no. C. de iuriſ. om. iu. l. nemo. Item fallit quando actor poteſt auferre reo ſuum iudicem per reſcriptum ad extraordinarium iudicem, vt.C.de dila.l.ſiquãdo.quod reo nõ licet, vt in auth. qua in prouincia. ſed ſpecialia ſunt . Sed econtra non omne quod licet reo, licet actori : vt in numero dilationum:vt ſupra de fer.l.fi.Item in dilatione non danda actori,ſed reo:vt.C.de dila.l.ſiquando.& in auth.quod fieri.&.C.de temp.in integ.reſti.l. petendæ . Item huius.l.arg.dixit Io.poſſe reum in ſe onus probationis transferre: vt & ipſe poſſit probare. Alij negant,niſi in caſu:vt ſupra de proba.l. circa.

d *In re.* pone caſum vt C.de condic,inde.l. fin. Item vt.C.de iur.delib. l. fin. §. ſi vero creditores. Item pone ſupra de eo quod certo loco,l.ij. §. proinde inquit . Sed ar.contra.ſ. de don.inter vi.& vxo. l. cum hic ſtatus.§.præſentiam. in fi.&. §. ſed ſi ambo. vbi in dubio fauet donationi.Sol.ſpeciale ibi:quia non amarè ſunt tractãdæ , nec tanquam inter infeſtos, ſed inter ſolã inopiam timentes : vt infra eo.l. ſi id.§.ſi quis. Item contra ſupra eod. l.in eo. ſed hic non lucratur cui fauetur , ſed damnum euitat . Item contra infra eodem . l. quod à quoquam . ſed ibi non erat obſcuritas.Item facit ſupra de rei vin.l. Iulianus ſi in area.ibi,niſi quis &c.Accurſius.

e QVi in alterius. Stichum tibi promiſi, vel decem tibi debui ex contractu bonæ fidei. licet interpellatur heres meus & ceſſat,cum ignorat me fuiſſe obligatum:non tenetur de interitu primo caſu: vt ſupra ſi cer. pet.l.quod te.nec ad vſuras ex mora in ſecundo:vt infra eo.l. non poteſt videri improbus . Hoc idem eſt in fideiuſſore . nam ſi promiſiſti mihi te ſoluturum quicquid Titius debet.& conueniam te pro decẽ quæ mihi Titius ex venditione debet:cum id ignoras,non præſtabis vſuras.non enim eſt improbus &c.vt infra eo.l.nõ poteſt . Hæc autem vera ſunt in his C qui conueniuntur.Agentes enim omnino certi eſſe debent.vnde ſi pœnam promiſeris ſi me euntem impedieris , vel à me peteres quoddam debitum:heres tuus impediens,vel etiam debitum petens etiam ignorans committit in ſtipu.niſi pupillus ſit : vt ſupra de ver.oblig.l.cum filius.§.in hac ſtipulatione . Porro licet committatur ſtipulatio pœnalis:puto eum reſtitui ex clauſula generali.nam in alieni facti ignorantia tolerabilis eſt error : vt ſupra pro ſuo.l.fi.in fi.Item poteſt poni caſus in primo ſupra depoſi.l.j.in fi. &.l.iij.In ſecundo.ſ.de fideiuſſore ſupra manda. l. ſi fideiuſſor. in princ.Ad tertiam partem facit.C.de temp.in integ.reſt.l.petẽdæ, & de excep.do.l.pure.in fi.&.C.de dila.l. ſiquando. in fi. Item ad prin.& fi.facit ſupra re.amo.l.Marcellus.§.j.in fi.Accur.

f *Succedunt*.vt heres & bonorum poſſeſſores.Accurſius.

g NEmo. Si te in iudicio cõuenero,& vnam minus vtilem exceptionem propoſueris,vt pacti,quæ tibi non competebat:aliam vtilem proponere poteris: vt ſupra de except. l. is qui. &.l. nemo eſt . Sed quid ſi non except. iuris oppoſuiſti, ſed facti, negans te ipſo iure teneri , vel quia nunquam debuiſti , vel quia ſoluiſti?Reſpon.dicam idem eſſe.& hoc dicitur hic . Præterea exceptio facti, exceptio eſt:vt ſupra de excep.l.ij.& ſic de facto obtinui.Hæc autẽ vera ſunt, niſi lex impediat . impedit enim quan- D doque . ecce enim ſi is qui conuenitur noxaliter , negauerit ſeruum ſe habere in poteſtate: conuictus de mendacio , in ſolidum tenetur.nec enim poteſt pœnitere: vt ſupra de noxa. l. quotiens. §.prætor.&.l.ſi ſeruus deportatus.§.ſi negauerit . Idem ſi negauerit de pauperie conuentus : vt ſupra ſi quadru. paupe.feciſ.di.l.j. §.interdum. Item fallit ſupra de rei vind. l. fi. Item fallit in auth. de trien.& ſemiſ.§.ſtudium.&.§.illud. quæ ſunt contra. &. C. de non nu.pec.auth. contra qui propriam.&. C. qui po. in pig.ha.l. item ſi poſſeſſor. Itẽ fallit.C.de compen.l.fi. vbi primo negaſti te debere: & poſt conuictus per teſtes, non dico per confeſſionem, vis opponere excep.compenſa. Item fallit inſtit.de fideicommiſ. heredi.§.fi.ſecundum quod Io. ponit ibi caſum . Item fallit in eo qui ſe negat ſocium:nam amittit priuilegiũ vt damnetur in quantum facere poteſt : vt ſupra de re iudi.l.ſed hoc ita.§.j. Item fallit ſupra de proba.l.cum de indebito.in prin.Accur.

h *Debere*.ab initio.

i *Quotiens*.heredi inſtituto datur interdictum quorum legatorum contra legatarios ſua auctoritate legata occupantes . Item

poteſt habere petitio.heredi . contra eum qui pro herede vel pro poſſeſſore poſſidet . item rei vindi . contra eum qui tit . poſſidet. A Qui autem [a] incertus eſt , poſſideat quis pro legato ; vel pro herede, vel cum tit.poterit plures proponere: vt tamen proteſtetur ſe velle vna experiri . id eſt vnius actionis cōmodum quodcunq; illud ſit conſequi: vt. ſ. quorum le. l.j. §. quod autē . & ſecundum hoc loquitur hęc lex in proceſſu cauſę, ſeu fine. Sed dicas ꝙ etiam in conte. lit. loquitur vt tunc eligat : vt ecce vtrum intendat directā ex teſtamento , vel vtilē ex eadem ſcriptura: vt. C. de cod.l. fi. itē vtrum neg. geſt. vel certi condi. generalē : vt.ſ.de iureiur. l. duobus . §. exceptio. Hodie etiā tēpore dati libelli: vt.C. quomodo & quando iudex. auth. qui ſemel.licet olim vſque ad lit. conte. poſſet mutare: vt.C.de eden.l. edita.quæ eſt huic contra . ſed ad prima dicta duo tempora nō eſt cōtra.Ad tertium , ſcilicet dati libelli , dic ꝙ corrigitur per dictam authē. quod autem dictum eſt vna debere experiri . q. d.alia nō poterit poſtea agere ad idem : ad aliud bene poterit ſi quid pl[9] eſt in altera. vt ſupra de ac.& oblig.l. qui ſeruū. §. fin. niſi tales ſint quæ

a] Scriben. ni: dicunt hanc gloſſ. ſing. ad hoc quòd actio pſonalis & realis poterāt omnino ſimul cumulari in eodē libello, cū proteſtatione tamen ex parte agētis: vt diceret ſe velle vti vna quam eligebat poſtea in litis conteſt. ſed hodie debet fieri electio tempore libelli porrecti . authen. qui ſemel. C . quomodo & quando iudex. Bolog.

* eleganter ſubauditur, actionem.

plures actiones [a] eiuſdem rei nomine: vna quis experiri debet.

XLIIII. IDEM *libro vicenſimonono ad Edictum.*

TOtiēs [b] in heredem damus * de eo quod ad eum peruenit, quotiens ex dolo defuncti conuenitur, non quotiens ex ſuo.

XLV. IDEM *libro trigenſimo ad Edictum.*

NEque pignus, [c] neque depoſitum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei ſuæ B conſiſtere poteſt . Priuatorum [d] conuentio iuri publico non derogat.

XLVI. GAIVS *libro decimo ad Edictum Prouinciale.*

QVod à quoquā [e] pœnæ nomine exactum eſt , id eidem [f] reſtituere nemo cogitur.

XLVII. VLPIANVS *libro trigenſimo ad Edictum.*

COnſilij [g] non fraudulenti nulla obligatio eſt . Cæterum ſi dolus & calliditas interceſſit, de dolo actio competit.

l.20 ſ. pro ſoc. vnde videtur emēdāda inſcriptio huius legis Vlp. li. 31. ad edict. l.3. ſ. de diuort.

electione tollantur etiam in id quod plus eſt, vt contrariæ : vt.C. de fur.l.j.§.& aliæ.& ſupra de tribu.l.quod in heredem.§.eligere. C Item quod dixi, ad idem non poſſe agi alia acti. verum eſt ex perſona ſua: ſed ex alterius poteſt: vt ſupra de ac.emp.l.non eſt nouū. & ſupra de ac.& obli.l.ſi is.& inſti.de le.§. ſi in aliena. & ſupra de verb.obli.l.inter ſtipulantem.§.ſi rem quam.Sed hic videtur non idem.Item quod dicit vnam eligi , fallit in perſonali & hypothecaria: vt in authen.de fideiuſ.§.ſed neq;. ibi, cōtra principales &c. ſed illæ non ad idem.Item dic quòd actor eligit: vt in.d.§.eligere. niſi in caſu vbi lex pro eo eligit: vt ſupra de inoffi. teſt. l. Papinianus.§.ſi quis impubes.

a *Plures actiones*.perſecutoriæ rei.

b TOtiens.Pone caſum vt ſupra de trib.l. quod in heredem.§. ſi ſeruo Azo . Habet autem locum hæc regula in prima parte extra contractum dolo commiſſo à defuncto . aliàs ſemper tenetur: vt ſupra de ac.& obli.l.ex contractibus.& facit ſupra depoſiti.l.ſi hominem.§.datur.

c NEque pignus.De pignore habes ſupra de pig.act.l.ſi rem.Sed fallit ſupra ad Trebel.l.debitor.in princ.&.ſ.de excep. rei iudi.l.pe.in fi.De ſecūdo habes ſupra depoſi.l.bona fides.in fi.De tertio.ſ.precario habes.ſ.de preca.l.certe.§.fi.hoc autem valet ratione poſſ.vt.eo.§.&.ſ.de pign.act.l.cum & ſortis. §. fi. De quarto, ſcilicet emptione, habes.C.de contrahen.emp.l.cū res.hoc tamen fallit in caſibus ibi notatis.Quintū habes.C. loca.l. qui rem propriam.Et adde quia nec clam ſuam rem quis poteſt habere: vt ſupra de acqui.poſſeſ.l.ſi de eo.§.fin.nec ſtipulari ſibi dari niſi ſub coditione: ſed reſtitui vel tradi ſic: vt ſupra de verb.oblig.l. nemo D rem ſuam.& ſupra de leg.j.l.cætera. §. ſed ſi ſub conditione.

d *Priuatorum*.Pone exemplum.ſ.de pac.l.iuriſgē.§.ſi paciſcar.vbi pepigi de non proſequenda nuntiatione no. ope. quod fiebat in publico.& alia quæ no. ſ. de pac.l.ius publicum. Et dic ꝙ contra id ius publicum quod eſt publicum auctoritate & vtilitate: vt dictis exemplis.Sed quid ſi contra id quod eſt publicum auctoritate, ſed vtilitate priuatum? Rñ. valet: vt. C. de temp. & re.appel.l. vlti.in fi.& inſti.de excu.tu.§. item ſi propter. & propter generalem regulā. C.de pac.l.pe.quæ tamen fallit in caſibus ibi no.Item quid ſi nō priuati duo vel tres, ſed vniuerſitas ſtatuit aliquid contra ius publicū? Rñ.Azo ꝙ valet: quod eſt verum inter ſe: ſed non in publicū pręiudi.nam & priuati poſſent hoc modo: vt.ſ.de pac. l.epiſtola.§.pactū.Itē quod dicit cōuentione, ſcilicet expreſſa. tacita enim quandoque valet: vt.ſ.de procu.l. filius familias. §.milites.&.ſ.de pactis.l.ſi vnus.§.illud.& arg.ſ.de condit.& demon. l.nunquam.& facit.ſ.eo.l. nec ex prætorio.

Conuentio tacita quādoq; valet.

e QVod à quoquam.Pone exēplum.ſ.de pig.ac.l. ſi pignore.ibi, ſed quod ipſe debitor.&c.Itē.ſ. de ſol.l. id quod.Itē.ſ.de tab. exhib.l.iij.§. cōdēnatio.his exemplis non reddit qui accepit.Item nec alius reddit: vt.ſ.de procu.l. qui proprio. §. pœnam.& propter hoc dicit hic, nemo cogitur. Sed prima pars fallit, vt ſupra de ædil.edic. l. cū autem.§.fin. vbi venditor morboſi animalis, ſi præſtitit pœnā emptori propter morā ſuam , eā recuperat ſi poſtea emptor agat redhibitoria. Itē ſecūda pars fallit. ſ. pro ſoc.l. cū duobus. §. fina.& . l. ſi igitur. & de noxa.l.ſi ex duobus.

f *Eidem*. à quo eſt exactum.

g COnſilij.Si tibi cōſului vt pecuniā tuā poti[9] in emptiones prædiorum colloces q̄ fœneres, non teneor: vt inſtit.manda.§.tua gratia.niſi aliàs facturus nō eras: vt ſupra manda. l. ſi remunerandi.§.ſi tibi. at P. hic diſtinguebat. aut mādaui vt fœneres, nō adiecta perſona cui, & tunc non teneor, etiā ſi aliàs facturus nō eras.

Socij [h] mei ſocius, meus ſocius non eſt.

XLVIII. PAVLVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

QVidquid † [i] * in calore iracundiæ vel fit , vel dicitur: non prius ratum [k] eſt, quàm ſi perſeuerātia apparuit indicium animi fuiſſe. ideóque breui reuerſa vxor , nec diuortiſſe videtur. [l]

† Iſta.l facit ad id quod voluit glo. in.c. I. §. ad tollenda. in verbo, libere ad finem. de elect . in prag ſan.

* Flo.in calore.

XLIX. VLPIANVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

ALterius [m] circunuentio , [n] alij non præbet actionem.

L. PAVLVS *libro trigenſimonono ad Edictum.*

CVlpa caret [o] qui ſcit , [p] ſed prohibere [q] non poteſt.

LI. GAIVS *libro quintodecimo ad Edictum Prouinciale.*

NOn videtur [r] quiſquam id capere , quod ei neceſſe eſt alij reſtituere.

LII. VLPIANVS *libro quadragēſimoquarto ad Edictum.*

aut mandaui perſona adiecta cui : & tunc teneor etiam ſi aliàs facturus non eras . quæ diſtinctio reprobatur ſupra de nego. geſt.l. iij.§.fi.&.l.iiij.& hæc vera, cum dolo carui: aliàs teneor : ſiue aliàs eras facturus, ſiue non: niſi dolus cadat in nomē maleficij: vt furti, vel ſerui corrupti.tunc enim furti & ſerui corrupti experietur: vt ſupra de ſeruo corru.l.j. §. perſuadere. & de fur. l. qui ſeruo.§. ſed & ſi alius.& de dolo.l.quod ſi cum ſcires.Accurſius.

h *Socij*.hic caſus ponitur.ſ.pro ſo.l. qui admittitur.&.l.ſeq. Acc.

Iracundiæ, plures effectus.

i QVidquid. Hoc idem eſt ſupra de diuor.l. diuortium. Et no. quòd hic iracundia minuit culpam : nam culpa eſt diuertere: vt ſupra de mi. l. ſi ex cauſa.§.ſi mulier.quandoque reſcindit contractum: vt ſupra de publ.l.licitatio.quandoque minuit delictum: vt.C.de adul.l.Gracchus.& de aboli.l.j.Sed cōtra.C.de iniur.l.ſi non conuicij.Sed ibi fuit perſeuerantia.

k *Ratum*.id eſt firmum.

l *Videtur*.ſed calore iracundiæ potius factum.

m ALterius.ſi procurator tuus vel tutor vel curator tuus gerēdo tuum negotium alium circūuenit vendendo, vel aliàs contrahēdo: non quærit tibi actionē cum effectu: quia exceptione doli repelleris: vt.ſ.de excep.do.l.apud Celſum.§.quęſitum.& §.illa.&.§.quæ in tutore.Item & contra nec liberationem acquirit alterius circumuentione: vt.ſ.de eo per quem fac.e.l.fi.in vlti. reſpon.Et arg.C.de pac.l.debitorum. Et no.ꝙ ex hac.l.videtur ꝙ dolus mediatoris dans cauſam contractui , ipſo iure facit nullum contractum : vt &. ſ.de dolo.l. & eleganter.in prin.Sed Io.aliter illam intelligit: vt ibi no.

n *Circumuentio*.id eſt dolus.Accurſius.

o CVlpa caret.Caſus ponitur.vt.ſ.de noxa.l. in omnibus. &.l. in delictis.in prin.aliàs ſi prohibere poteſt, non tantū non caret culpa, ſed & ipſe feciſſe videtur: vt ſupra de his qui no.infa. l.quid ergo.§.j.Sed quid ſi poſſum prohibere Titiū iniuriari Sempronio, an debeam iuuare? Reſpon.ſecundum cano.ſic, verbis interponendo me honeſto modo: vt in.c.negligere. Sed ſecundum ll.non, niſi in his quos habeo corrigere: vt in permiſſis. ſ. ſeruis & filiis, & in ſimilibus: quia ſerui dominum debēt iuuare, ſi ſunt ſub eodem tecto: vt.C.de his qui.vt indig.l.fi.

p *Scit*.ſubaudi ille dominus.Accur.

q *Prohibere*.ſcilicet ſeruum ſuum delinquentem.

r NOn videtur.Hic caſus poſitus eſt vt ſupra eo.l.non videtur cepiſſe.ſecundum Azo.Tu dic poni per.l.ſ.de inoff.teſt.

l.ſi

N On defendere videtur[a] nõ tantũ qui latitat, ſed & is qui præſens negat ſe defendere, aut non vult ſuſcipere actionem.

LIII. PAVLVS *libro quadrageſimoſecundo ad Edictum.*

C Vius per errorem[b] dati repetitio eſt, eius conſulto dati donatio eſt.

LIIII. VLPIANVS *libro quadrageſimoſexto ad Edictum.*

N Emo † plus[c] iuris ad alium transferre poteſt, quàm ipſe haberet. [illegible] B

LV. GAIVS *libro ſecundo de teſtamentis ad Edictum vrbicum.*

N Vllus[d] videtur dolo facere, qui ſuo iure vtitur.

LVI. IDEM *libro tertio de legatis ad Edictum vrbicum.*

S Emper[e] in dubiis benigniora præferenda ſunt.

LVII. IDEM *libro octauodecimo ad Edictum Prouinciale.*

B Ona fides[f] nõ patitur, vt bis idem exigatur.

LVIII. VLPIANVS *libro ſecundo Diſputationum.*

E X penalibus[g] cauſis non ſolet in patrem de peculio actio dari.

LIX. IDEM *libro tertio Diſputationum.*

H Eredem[h] eiuſdem poteſtatis iuriſq; eſſe, cuius fuit defunctus, conſtat.

l.ſi pars.§.fi.Item ſupra de lega.ij.l.cum ea.& ſic cõcordat.s̃.titu.j.l.aliud.Accur.

a N *On defendere videtur.* hoc locum habet in his qui ſatiſdederunt vt alios defenderent: ſecundũ Azo.Sed ſecundũ hoc debet dicere defendere, & non defendi. quare pone in principali vt ſic fiat miſſio, vt.s̃. qui.ex cau.in poſſ. ea.l.ij.in princ.& facit.j̃.eo.titu.l. hoc autem.§. fin. & de iudi.l.recte. A

b C *Vius per errorẽ.* Pone caſum: vt.s̃. de condi.inde.l.j. Itẽ vt s̃.pro emp.l.qui fundũ. §.ſeruus meus.in fi.§.Et diſtingue: quia cũ quis ſoluit indebitum ignorans: aut eſt indebitum vtroque iure.ſ. ciuili & naturali: aut naturali tãtũ: aut ciuili tãtum: aut debitum eſt vtroq; iure. Sed obſt.excep.ſi indebitum eſt vtroq; iure, vel naturali tantum: per quãcunq; ignorantiã ſolutũ repetitur: vt C.de cõdic.inde.l.cũ & ſoluta.& de non nume. pec.l.ſi quaſi.& de pac.l.creditori.&.s̃.de ſol.l.Stichum. §. naturalis.non enim iuris ignorantia nocet in damno vitando: vt.s̃.de iur.& fac.ign.l.error.multo ergo minus facti ignorantia. ſi indebitũ iure ciuili, ſed debitum iure naturali, vt ex teſtamento non ſolenni, ſolutũ per ignorantiã iuris non repetitur. ſi vero per facti igno.probabilẽ, & tunc repetitur: aut nõ probabilem, & tunc nõ repetitur: vt.s̃.de iur.& fac.ig.l.regula. §. ſed facti ignorantia. &.§.ſi quis ignorans.& C.ad.l.Falc.l.error. Si vero debitũ eſt vtroq; modo, ſed ob.excep.aut perpetua, aut tẽporalis. ſi tẽporalis, ſolutũ ante nõ repetitur: vt.s̃.de condi. inde.l.in diẽ.niſi forte per ignorantiã probabilem facti, ſecundũ Io.Si perpetua, aut fauorabilis, & tunc repetitur: aut odioſa, vel ad iuris rigorẽ conſeruandũ introducta: & tũc nõ repetitur: niſi facti ignorãtia probabilis fuerit. ſed ſi detur exceptio: ſi tamen incertũ ſit ꝑpetua ſit an tẽporalis, repetit̃: vt.s̃.de cõdic.inde. qui ex.&.l.ſufficit.&.l.Iul.& C.de cõdic.inde.l.j.&.s̃.ad Mace.l.fi ciuilis tamen eſt obligatio vbi ſpe futuræ numerationis me obligaui: vt inſtit.de lit.ob. Itẽ vbicunq; ciuilis & naturalis ſimul eſt obligatio, ſi fiat pactũ de nõ petẽdo, ſola ciuilis remanet, naturali ſublata: vt.s̃.de ſol.l.Sticũ.§.naturalis.naturalis tantũ per pactum nudũ.Item ſi heres fuit grauatus in legatis vltra dodrãtem: quod eſt vltra dodrantẽ relictũ, iure naturali debitũ eſt, ciuili eſt indebitũ. Sed qui ſciens ſoluit debitum iure naturali, qualiter donare dicitur: cum ad id eſſet obligatus: vt.s̃.de don.l.hoc iure.§.pe.in fine? Reſpond.hæc datio videtur donatio, id eſt irreuocabilis datio. ſic ſupra ad legẽ Aqui.l.ſi ſeruus ſeruum.§.Iulianus ſcribit.Accur.

Solutũ per errorem, an & quando repetatur.

† Concor. tex.in.c. nuper.extra de dona. inter virum & vxorem. tex. in c. Daibertum. 1. quæſt. 7.

c N *Emo plus.* Si mihi fundũ vendideris, & tradideris: quod iuris habes, in me transfers. vnde ſi tu dominus eras: & ego dominus ero.& ſi non dominus eras: nec ego, ſed poſſeſſ. adipiſcor.Itẽ ſi à te poterit auocari per hypothecariã: & à me poterit. ſi nomine fundi tenebaris ſoluere tributa: & ego. ſi hic fundus ſeruitutem debebat: & ego ſeruitutẽ debebo: vt.s̃.de acqui. rerũ do.l.traditio.& de act.empt.l.ex empto.in prin.& C.de diſtract. pign.l.ſi debitor.& C.ſine cen. vel reli.l.ij.& fina.&.d.l. traditio. ibi, & ſi ſeruum &c. Hæc autem regula in tu.& cu.fallit: vt C. de admi.tu.l.fi.&.l.lex.in fi.Item in procuratore: vt inſtit.de re.diui. §.nihil.Item in iudice: vt inſtit.de offic.iudi.§.fi.Item in executore: vt ſupra de euict.l.ſi pignora.qui transferũt plus quàm habẽt. Quod quare accidat: dic vt not.s̃.eo.l.id quod noſtrum. Item in creditore fallit: vt inſti.qui.alie.licet vel non.§.j.Item in vſufruc. formali: vt.s̃.de vſufr.l.quod noſtrum. Item qui propter malam fidem vſucapere impeditur: ſi vendat alij bona fide accipienti, plus iuris transfert quàm habeat: vt inſtit.de vſuca.§. quod autẽ. Sed reſponderi poteſt, quòd emptor non à venditore, ſed à ſe ius vſucapiendi habet. Item fallit in cenſitoribus & fluminibus: vt.s̃.de acqui.re. domi.l.ergo.§. alluuio.Item fallit in datione libertatis: quod dic vt inſtitu.de lib.§.fin.Accur.

d N *Vllus.* Conſanguineus reatum ſui conſanguinei corrigere poteſt: vt C.de emen.propin.l.j.quod cum facit, non videtur dolo facere: ſed ratione pietatis.vel pone vt.s̃. pro ſocio.l. merito.vel pone vt ſupra de aqua plu.ar.l.ij.§.fin. vel vt ſupra de pecu.l.eo tẽpore.j.reſpõ.& dic, iure ſuo: vel quod vere eſt ſuum, vel quod putet eſſe ſuũ: vt.j̃.eo.l.qui in ius.§.nemo. Sed op.nõne qui alienat in fraudẽ creditorũ, iure ſuo vtitur? Reſpon. vtiq;. nã transfert dominiũ: vt.s̃.de contrahen.emp.l.ſi ſciẽs. & tamen dolo malo videtur alienare, cum ſciat ſe habere creditores: vt.s̃. quæ in frau.credi.l.omnes.§.Lucius.Itẽ opp.ſi primo rem meã tibi vẽdidero, deinde alij, & tradidi: iure id facio. nã trãsfero dominium: vt C.de rei vin. l. quotiẽs. præterea cũ poſſum rẽ alienam vẽdere: vt.s̃.de contrahend.emp.l.rem alienã. ergo multo magis meam.& licet id iure meo faciam, incido in Corneliam: vt.s̃.de fal.l.qui duobus. & ſic punior.ergo dolũ commiſi.nam aliter Cornelia nõ puniret: vt C.de fal.l.nec exemplũ. &.s̃. de fal.l. impuberem. in princ. Reſpondeat qui poteſt. Azo. ſed poteſt reſponderi: niſi noceat alij cui tenetur iure cõtractus. Vel dic quòd eo ipſo quòd pœna imponitur, videtur prohiberi: ſumpto arg.ab effectu: vt C.de ſum.tri.l.iij.§. igitur ſi clericus &c. & ſic non iure ſuo, cum ſit prohibitum: vt C de relig.l. ſtatuas.Itẽ contra.huic regulæ.s̃.de leg.præſtan.l.virilis.§.ſi adierit.vbi pater inſtitutus adiit: & ſic vtitur iure ſuo: & tamen tenetur filio præterito actione de dolo, propter damnũ quod habet filius in dimidia in libertatibus quæ valẽt.Sed dic, magis videtur hic adire vt filio noceat, quàm ſuo iure velit vti: cũ filius offerebat patri virilẽ, quam erat habiturus ea adita. Arg.s̃. de aqua plu. arcen.l.j.§.denique.hic autem principaliter vt ſibi proſit. Accur.

e S *Emper.* Pone caſum vt.s̃.pro ſoc.l.merito.vt etiã in ſuperiori: nã caute iuſta cauſa ponitur.Itẽ pone vt C.qui bo.ce.poſſ.l.fi.Item huic regulæ ob.illud generale, dolum prẽſumi.quod colligitur.s̃.man.ſi procur.§.dolo. Vel pone caſum vt alij per.l.s̃.de dona.inter vi.& vxo.l.Quintus.Itẽ.s̃. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.l.filium.ibi, non tamen ferendum &c.& facit.j̃.eo. l. ea quæ. §.in re.&.s̃.de re.dub.l.cum in teſtamento.Accur. C

f B *Ona fides.* Si teſtator legauit mihi aliquid ſub conditione, & egi interdicto de tab.exhi.contra heredem, & æſtimationẽ conſecutus ſum legati, quia per cõtumaciã tab. noluit exhibere: licet non debeã cauere de reddendo in defectum condit. tamen adueniente cõditione non petam denuo legatũ ab eodem à quo habui æſtimationem: quia bona fides &c. Sed ſi contra alium egi eo interdicto, & habui æſtimationes: adueniente conditione petam legatũ ab herede: & ita à diuerſis: vt.s̃.de tab.exhi.l.iij.§. cõdẽnatio. ſic à diuerſis cõſequar idẽ: vt inſtitu. de lega.§. ſi res aliena.Item nõ ſolum ab eodem nõ poſſum, ſed nec ab alio qui cauſam ab eo habet: vt C.de euic.l.emptor. Vel qui haberet contra primum regreſſum: vt C.de vſu.rei iudic.l.fi.§.fi. Item facit C.de pœnis.l.omnes.Accur.

g E *X pœnalibus.* i.delictis. Si filius fecit furtũ, pater non tenetur de peculio, niſi in quantũ locupletatus eſſet: quod eſt generale in filio & ſeruo in quolibet delicto: vt. s̃. de pecul.l.iij §. idẽ ſcribit.&.§.ex cauſa furtiua.&.s̃.de his qui deiec. vel effu. l.j. §.cũ ſeruus.& de vi & vi.ar.l.j.§.ſi filius.&.§.fi. Itẽ nec noxaliter tenetur pater: vt inſti.de noxa.§.fin.Sed ipſe filius conuenitur: & eo damnato tenetur pater de pecu.vel actione in factum: vt.s̃.de noxa.l.noxalis.&.l.ſeq.&.l.fi.&.s̃.de iudi.l.tam ex contractibus. idem ergo in monachis ſi poſſeſſionem inuadant.Accur. D

h H *Eredem.* eſt enim vna perſona fictione iuris: vt in auth. de iureiur.à mo.§.j.quandoq; tamen plus iuris habet heres: vt ſi promiſiſti mihi poſt mortem meã: quia actio incipit ab herede: vt C.vt ac.ab here.l.j.ſæpe enim plenior competit obligatio heredi quàm defuncto: vt.s̃.de euic.l.ſi per imprudentiam. §. nõ mirum.& ad.l.Fal.l.repetitur.&.s̃.rerum amo.l.iij.§. j. Econtra quandoq; minus: vt in priui.perſonalibus: vt.j̃. eod. l. in omnibus.Item in vſufruct.qui non tranſmittitur ad heredem: vt inſtitu.de vſufruc.§.finitur.Item in omnibus perſonalibus pact. vt ſupra de pact.l.idem.§.perſonale.Idémque in omnibus perſonalibus actionibus, quæ heredibus non dantur: vt.s̃.de iniur.l.iniuriarũ actio.& de in ius vocan.l.in eum.& de calum. l. hæc actio.

Item in alio caſu: vt C. de metal. l. fi. Sed in omnibus actionibus quæ non dantur in heredes, plus habent heredes: vt in pœnalibus: vt inſtitu. de perpe. act. §. non omnes. Accur.

a **S**Emper. Si pro te præſente fideiubeo, & non contradicente, mandare videris: & ideo mandati experior: vt. ſ̃. mand. l. qui fidẽ. & l. qui patitur. & C. mãda. l. ſi fideiuſſor. & hic eſt primus caſus huius. l. Si vero pro abſente, tunc neg. geſt. experior: vt. ſ̃. manda. l. ex mandato. §. j. nec enim mandati ago, cum mandatum non fuerit: vt. ſ̃. de neg. geſt. l. Pomponius. in fin. Qualiter ergo hic datur actio mandati in ſecũdo caſu huius. l. cum mandatũ nõ fuerit, imò nego. geſt. deberet dari: vt. ſ̃. de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. idem ait. quæ eſt contra? Solu. ibi ratum fuit habitum ab abſente factũ: hic à præſente. Vel ſecundum Bul. hic fuit mandatum, ſed tunc nõ ſuſceptum: quia dominus cum indignatione receſſit: mãdatari⁹ mãdatum ſponte adimpleuit: & dominus poſtea ratum habuit. Vel dic ſpeciale in fideiuſſore, vt ratihabitio mandati actionem inducat. Vel forte hoc verum eſt cum pro aliquo iudicio ſiſti fideiuſſit: & ita erat ſpeciale in iudiciis, vt alia multa, ſecundum Ioan. quæ patent. ſ̃. ſi quis cau. per totum tit. & maxime in. l. ij. Accur.

LX. IDEM *libro decimo Diſputationum.*

**S**Emper [a] qui non prohibet pro ſe interuenire, mandare creditur. Sed & ſi quis ratum habuerit quod geſtum eſt, obſtringitur mandati actione.

LXI. IDEM *libro tertio Opinionum.*

**D**Omum [b] ſuam reficere vnicuique licet, dum non officiat inuito alteri, in quo [c] ius nõ habet. [d]

B

LXII. IVLIANVS *libro ſexto Digeſtorum.*

**H**Ereditas [c] nihil aliud eſt, quàm ſucceſſio in vniuerſum ius quod defunctus habuerit.

LXIII. IDEM *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.*

**Q**Vi ſine [f] dolo malo ad iudicium prouocat, [g] non videtur moram facere.

b **D***omum*. Domus mea debet ſeruitutem Titio altius nõ tollendi vltra certam menſuram, vel altius non tollendi niſi cum lapidibus, nõ cum lignis. poſſum eam quidem reficere, dummodo non noceam ei inuito: quod eſſet ſi facerem contra debitam ſeruitutẽ: in quo ius nõ habeo, ſed eo volente poſſum. & ad hoc. ſ̃. de excep. rei iudi. l. egi. Vel dic ſecundo: domus mea ſeruitutem non debet vicino. licet ergo mihi altius tollere: vt C. de ſerui. l. altius. dũmodo non noceam vicino inuito, in quo ius nõ habeo nocendi: quia nõ immitto fragmẽta in ſuo. hoc enim non licet: vt. ſ̃. ſi ſer. vin. l. ſicuti. §. Ariſto. & §. idemque. Si tamen nihil in alienum immitto, alteri tamen officiam: ſi quidem dolo, teneor: aliàs non: vt. ſ̃. de aqua plu. arc. l. j. §. denique. Plane interdũ quis reficit coactus: vt. ſ̃. de offic. prȩfe. vrb. l. præſes. & C. de ædi. pri. l. ſi vt proponis.

c *In quo*. id eſt inquantum. Accur.

d *Non habet*. ſcilicet officiendi. H.

e **H***ereditas*. hic dic vt ſupra titu. j. l. nihil. Accur.

f **Q***Vi ſine*. Ex venditione. x. mihi debes. ſi ſolutionem differas, dum ignoras me vendidiſſe ei cui ſucceſſiſti, non teneris ad vſuras. aliàs ſi ſcires, ſecus: vt hic, & ſupra ſi cert. pet. l. quod te. & de vſur. l. ſi quis ſoluerit. & de condic. fur. l. fi. P.

g *Prouocat*. ſe defendendo. Accur.

h **E***A quæ raro*. Si quis herede inſtituto deceſſit, & adita hereditate mortuus reſuſcitetur (vt de Lazaro accidit) nõ ſunt iura prodita an iure poſtliminij poſſit bona recuperare ab heredibus. Hæc enim raro accidunt: & ea quæ raro accidunt, non temere in negotiis, id eſt legibus quæ de agendis negotiis loquuntur, cõputantur. & dic temere, id eſt temerariũ eſſet ſi tales cauſæ in legib⁹ cõnumerarẽtur. & ad idẽ. ſ̃. de le. & ſenatuſcõ. l. ea. & l. nam ad ea. Aliquãdo tamen ad ea quæ raro accidunt, iura aptantur: vt. ſ̃. ſi pars here. pet. l. antiqui. & C. de legi here. l. ſi maior. & ſ̃. de ſta. ho. l. non ſunt. Vel aliter pone caſum, ſi rem tibi pignori dedi, eáque caſu fortuito ſit amiſſa: non teneris: vt C. de pign. act. l. quæ fortuitis. nã ea quæ raro, id eſt fortuito accidunt caſu (ideo enim caſus dicuntur fortuiti) non computantur temere, id eſt facile in negotiis gerendis. i. in contractibus qui iure inter aliquos celebrantur. ideo autem dixi facile: quia computantur quandoque ſic vt præſtentur, ſcilicet vbi pactum, culpa, & mora interuenerit: vt dixi. ſ̃. e. l. contractus. Accur.

Cauillatio quid ſit.

i **E***A eſt natura*. Cauillatio dicitur quaſi deceptoria argumẽtatio, ſcilicet cum ab eo quod verũ eſt, venitur ad id quod eſt

A euidenter falſum: vt. ſ̃. tit. j. l. natura cauillationis. hoc autem fit per breuiſſimas mutationes terminorũ diſſimiliter acceptorũ: vt in hoc exẽplo, Res diuinæ in bonis nullius ſunt. at qđ in bonis nullius eſt, occupanti conceditur: ergo res diuinæ occupanti concedũtur. quod falſum eſt: imò interdicta proponuntur contra occupantes res ſacras & religioſas: vt. ſ̃. de interdic. l. ij. §. interdicta. ne quid in loco ſa. fi. l. j. & de ſepul. vio. l. prȩtor. In hoc autem interdicto medius terminus, ſcilicet dictio nullius, diſſimiliter accipitur: cũ in ꝓpoſitione verbum nullius, ad hominẽ referatur: in aſſumptione, ad hominem pariter & ad deũ. Res autẽ diuinȩ in bonis nulli⁹ ſcilicet hominis ſunt: in bonis tamẽ dei ſunt: hominum ſcilicet cõſtitutione, & ad eius honorẽ ſpecialiter deſignatæ. At feræ beſtiæ neque in bonis hominis ſunt, neque in bonis dei deſignatȩ hominum cõſtitutione. & hoc ſecundũ Bul. Vel aliter pone: fructus rei eſt, pignori dare licere: vt. j. eodẽ. l. fruct⁹. & ſ̃. de vſur. l. fi. ſed omnis fructus rei pertinet ad fructuarium: vt. ſ̃. de vſufr. l. vij. ergo licere dare pignori, pertinet ad eum: quod eſt falſum: vt C. de vſufr. l. intereſt. Itẽ & hic eſt deceptio: quia verbum fructus, in propoſitione ꝓ vtilitate quadã ponitur: in aſſumptione vero ponitur pro cõmodo ex ipſa re proueniente: vt. ſ̃. de

C vſufru. leg. l. itẽ ſi fundi. Vel aliter: id demũ poteſt ſeruo alieno legari, quod poſſet ſi ipſe liber eſſet. ſed ſi liber eſſet, non poſſet ei legari quãdiu ſeruiat: ergo nec cum ſeruus eſt, ſic ei legari poteſt. ſed hæc argumentatio fit ſecundum quid & qualiter: & ideo calumnioſe: vt ſupra de leg. ij. l. debitor. §. ſeruo alieno. ſic enim fit cauillatio: vt. ſ̃. de reg. Cato. l. j. Azo.

LXIIII. IDEM *libro viceſimonono Digeſtorum.*

**E**A quæ [†] raro [h] accidunt, non temere in agendis negotiis computantur.

LXV. IDEM *libro quinquageſimoquarto Digeſtorum.*

**E**A eſt natura [i] cauillationis, [k] quam Græci σωρείτην appellant, vt ab euidenter veris per breuiſſimas mutationes diſputatio ad ea quæ euidenter falſa ſunt perducatur.

B

LXVI. IDEM *libro ſexageſimo Digeſtorum.*

**M**Arcellus: [l] definit debitor eſſe is qui nactus eſt exceptionem iuſtam, nec ab æquitate naturali abhorrentem. [m]

LXVII. IDEM *libro octageſimoſeptimo Digeſtorum.*

**Q**Votiens [n] idem ſermo duas ſententias exprimit, ea potiſſimum excipiatur, [*] quæ rei gerendæ [†] aptior eſt.

† Determinat tamẽ & de illis quãdoque iuriſconſultus: vt de Lazaro reſurgente, an recuperet bona: vt per gloſ. in. l. ex his ſ̃. de legi. & in. c. fraternitatis. & ibi. an vxorem. vbi notaui in apoſtil, ad Panor. in verſi. recuperet vxorẽ. nume. 22. extra de frigi. & male.

* accipiatur.

† Concor. tex. cũ gl. & ibi not. in. c. cũ tibi. in fi. extra de teſta. & in. c. capitulũ. in fi. in glo. in ver. relaxetis. extra de reſcri.

k *Cauillationis*. apud nos cauillatio, apud dialecticos fallacia.

l **M***Arcellus*. In exceptione pacti prõptum eſt exemplũ, quæ vinculo naturalis æquitatis ſuſtentatur: vt. ſ̃. de pac. l. j. in prin. & de ſol. l. Stichũ. §. naturalis. ſed ſi in ea ponitur, nõ video ad quid dicitur debitor: cũ nec petitio nec retẽtio detur: niſi dicas quòd in nudo pacto facto de petendo, poteſt prima actio adiuuari: quod non poſſet ſi in nullo debitor eſſet: vt. ſ̃. de pact. l. ſi vnus. §. pactus. Vel niſi dicas pactum de nõ petẽdo factũ per metum. vel dolũ: ſed dices, tunc abhorret à naturali æquitate. ſed dicam illud propter accidens, non propter ipſius naturã pacti. Vel dic ſecundo, quòd mutuaui filiofa. exceptionem Mace. habenti. Item ſi quis impetrauit ne vſq; ad certũ tẽpus teneatur ſoluere, tenet reſcriptum: vt C. de preci. imper. offe. l. quotiens. vel etiam

D in perpetuũ, ſecundum Azo. ſi dicat, non obſtante aliqua lege, & maxime ſi propter aliquam publicam vtilitatẽ fiat. Item per hoc quia non àbhorret, id eſt non diſcrepat vel diſcordat à naturali æquitate, cum lege diuina & humana ſtatutũ principis eſt tenẽdum: vt ibi, Omnis anima ſubſit principi tanquã præcellenti, & ducibus ab eo miſſis. Item dicit propheta, quòd hoc ius regis eſt &c. vt in prin. conſtitutionis. ff. not. Item cũ contineatur in lege diuina, vt dictum eſt: ergo eſt ius naturale: quia ius naturale eſt quod in lege & in euangelio cõtinetur: vt in decre. c. ius naturale. & poſſunt dici debitores, eo quòd ſi ſoluunt, non repetunt: vt ſ̃. de condic. inde. l. qui exceptionem. & ſ̃. quod quiſque iu. l. iij. §. fi. Item quod dicit, debitorem: ſub. etiam propter prædictos effectus: tamen impropriè: vt. ſ̃. tit. j. l. debitorem.

m *Abhorrentem*. i. diſcrepantem. Accur.

n **Q***Votiens*. Filij naturales quandoque dicuntur ad differentiam adoptiuorum: quandoque ad differentiam legitimi: vt baſtardi. cum ergo dicitur, filij naturales ſunt in poteſtate patris, vel parentũ: vt inſtit. de ado. in prin. intelligẽdũ eſt de naturalibus & legitimis. ſi enim intelligeretur de naturalibus tantum, falſum eſſet, & cõtrariũ iuri: vt inſti. de nup. §. fi. Item cũ reperitur

peritur quòd naturalib. filiis pater nō poteſt relinquere niſi vſq; ad certum modū: intelligendum eſt de naturalibus tantum: vt. C. de natu. lib. l. ij. nam legitimi & naturales in vniuerſum poſſunt inſtitui. Dic ergo ſententias, id eſt duarum rerum ſignificationē. & hoc ſiue ſit in legibus, vt caſum poſuit. ſ. de leg. & ſenatuſc. l. in ambigua. ſiue in ſtipulationibus: & ſic etiam poteſt poni caſus per. l. ſ. de verbo. obli. l. quotiens. ſiue in teſtamentis: & ſic etiā poteſt poni. ſ. de re. du. l. quotiēs. & hæc dicitur aptior expoſitio, vt res valeat potius, quàm pereat: & non ſit contraria iuri.

LXVIII. PAVLVS *libro ſingulari de dotis repetitione.*

IN omnibus [a] cauſis id obſeruatur, vt vbi perſonæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiēte ea, beneficium quoque deficiat: vbi vero genus actionis id deſiderat, ibi ad quemuis perſecutio eius deuenerit, non deficiat ratio auxilij.

LXIX. IDEM *libro ſingulari de adſignatione libertorum.*

INuito [b] beneficium non datur.

LXX. VLPIANVS *libro primo de officio proconſulis.*

NEmo poteſt [c] gladij poteſtatem ſibi datam, vel cuius alterius coërcitionis [d] ad aliū transferre.

a IN *omnibus*. & patronꝰ, & parēs, & ſimiles perſonæ, in quātum facere poſſunt cōdemnātur: heredes tamē eorum hoc beneficiū non habent: vt. ſ. de re iudi. l. patronus. & l. inter. & l. ſi fideiuſſor. §. ſi maritus. & l. ſciendum. niſi in caſu: vt ſupra ſol. ma. l. etiam. in prin. Item priuilegium quod habet mulier vt præferatur aliis creditoribus, non datur heredi: vt. C. de priui. credi. l. ſcire. niſi filiis: vt. C. qui po. in pig. l. fin. Item beneficium vt pupillus præferatur aliis creditorib. vt. ſ. de priui. cred. l. dabimus. §. ſi quis. non habet heres pupilli illud beneficium: vt. ſ. de admini. tu. l. ex pluribus. Item ad hoc. ſ. de dolo. l. heredibus. Vbi autem genus actionis priuilegium in ſe continet: vt ſi agat quis pro expenſis in funere factis: vt. ſ. de relig. l. pe. vel quia in refectione tradita eſt pecunia: vt. ſ. qui po. in pign. l. interdum. priui. heredi dabitur: vt hic, & . j. e. l. priuilegium. & . ſ. de relig. l. ſi filius. §. hæc actio. & ad hoc. ſ. de aqua quoti. & æſti. l. j. §. permittitur. & de cen. l. forma. §. quanquam. & de conſti. pe. l. j. §. fi. Priuilegium actionis etiam dici poteſt, quia ex mora generat vſuras: ſicut euenit in omnibus bonę fidei iudiciis: vt. ſ. de vſur. l. mora. §. in bonæ fi. Fallit autem hęc regula in prima parte, in reſtitutione in integrum: vt ſupra de in integ. reſti. l. non ſolum. & beneficio Vell. vt. C. ad Vell. l. in heredes. Apparet ex præmiſſis quòd vbi dicitur genus actionis, ſubaudi, vel cauſa propter quam datur actio: vt in. d. l. interdum. Et quod dicit, deſiderat, illud ſcilicet beneficium: vel quia præfertur aliis, vel quia vſuras generat ex ſola mora.

b I *Nuito*. Hæc regula vera eſt in omni priuilegio fauore alicuius indulto: vt. C. de pac. l. ſi quis in conſcribendo. Item pone vt ſupra de mino. l. ſi iudex. vbi minor inuitus non vtitur beneficio reſtitutionis. Idē dices in beneficio quod nō ſit priuilegiū: vt. ſ. de dona. l. hoc iure. §. nō poteſt. beneficium enim affert gaudium capiēti: & inuitus nemo gaudebit: vt in cōſtitutione feudorū tit. qui. ex cau. feudum. Hæc autem regula fallit: vt. ſ. de lib. cau. l. ij. & . iij. & . iiij. & . ſ. de app. l. non tantum. Item per medium confertur beneficium, non dico priuilegium: vt. ſ. de neg. geſt. l. ſoluendo. & de ſolu. l. ſi debitor tuus. Accur.

c N *Emo poteſt*. Poteſtas gladij, eſt animaduertendi in facinoroſos homines. id eſt in animata corpora: & ſic infertur pœna corporalis. Et quod ſubiicit, alterius coërcitionis, ſcilicet quæ adimat libertatem vel ciuitatem: quæ omnia dicuntur capitalia: vt. ſ. de pu. iudi. l. ij. & dicuntur conſiſtere in mero imperio: vt. ſ. de iuriſ. om. iu. l. iij. & ſunt exempla dictarū pœnarū, vt. ſ. de pœ. l. ſi quis forte. §. fi. Eſt quoddā tertiū: vt ſcilicet coërcitio modica, quæ ineſt iuriſdictioni. Prima duo non demandātur: vt hic, & . ſ. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. j. in prin. Tertiū ſic cū iuriſdictione: vt. ſ. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. fi. Et quod dixi ſupra duo prima nō delegari, fallit quādo contingit abeſſe eū qui habet cognitionē: quia tunc demādat quo ad cognitionē: vt ſupra de offi. eius cui mā. l. j. §. huius. Itē fallit in legato procōſulis, qui cognoſcit etiā præſente procōſule: ſed non pronuntiat: vt ſupra de offi. proconſul. l. ſolent. in prin. & eſt in eo ſpeciale, vt ibi dicit, qui etiam cognoſcit & pronuntiat de crimine ſuſpecti: vt ſupra de offic. eius cui man. l. cognitio. & inſti. de ſuſpe. tuto. §. datum.

d *Coercitionis*. magnæ. Accur.

e O *Mnia*. Si vis omnia habere plana: dic per libellum, id eſt per ſententiā lātā partib. abſentib. & ad eos velut epiſtolā miſſam. hoc enim fieri nō poteſt: vt ſupra de re iudi. l. de vnoquoq;. Sed interlocutoria poteſt ferri quādoq;, abſēte parte: vt ſupra de arbi. l. diē proferre. in princ. & ſecundū hoc expone, cauſæ cognitionem planā: quod eſt vbicunq; danda eſt ſententia definitiua: vt. C. de iudi. l. iudices. Alij dicunt, per libellū datum iudici: vbi. ſ. nō debet dari libellus: & erit exēplū in tranſactione alimentorū, & in alienationibus omniū rerum minorum, & ſimilib. arg. C. de præ. mi. l. minorū. Hanc reproba. nā excuſatio à tutela non datur niſi cauſa cognita: & tamē libellus dari debet: vt. ſ. de excu. tut. l. ſcire oportet, §. oportet. Et quod dicitur in eo. ti. l. excuſare, eſt verum de abſente: vt abſens per epiſtolā & libellum nō poſſit ſe excuſare, præſens vero ſic. Tertij dicunt, per libellū ab ordinario alicui delegato: in quo contineatur cauſę delegatio. hæc eſt communis poſitio. Op. ergo de in integ. reſt. quæ datur cauſa cognita: vt. ſ. de in integ. reſt. l. omnes. & tamē demādatur: vt. C. vbi & apud quē in integ. reſt. l. fi. in fi. ſed in ea ſpeciale. Itē op. de his quæ cognoſcūtur cū cauſæ cognitiōe ſummaria: vt. ſ. de offi. eius cui mā. l. cognitio. §. vt poſ. & de ven. in poſ. mit. l. j. §. ſi ea. & de ſimilibus, quæ dices. ſ. ad exhi. l. iij. §. ibidē. Reſpond. locum habere regulā in his quæ plenā non ſemiplenā cauſæ cognitionē deſiderāt. Op. de cognitione ſingularum cauſarum ciuiliū, quę ſunt pleniſſimę: vt. C. de iudi. l. iudices. & tamen demādātur: vt. C. qui pro ſua iur. l. j. Reſpō. hic loquitur in his quæ magis offi. iud. quàm actionis iure expediuntur: vt eſt in trāſactione alimentorū, & bonorū poſ. dandis: vt. ſ. de tranſac. l. cum hi. §. ſi prętor. & . §. ſed nec. Itē in dilationib. indulgēdis: vt. C. de dila. l. à procedente. Itē op. C. de offi. eius qui vi. alte. l. ſuggerentē. Reſpon. hi qui in locū decedentiū ſubſtituuntur, non habentur pro dele. cū ord. iur. à lege conſequātur: vt. ſ. de tut. & cura. da. l. j. Quarto ponunt quidam caſum, quòd non poſſit delegare, vt vnus. ſ. ſcribat ſententiam: & alij iudici committat legēdam: vt. C. de ſen. ex breui. reci. l. ij. vel reſeruata ſententia ſibi, cętera committat: quod nō poteſt, niſi audiat: vt. C. de iud. authen. ad hæc. Accur.

Excuſatio à tutela nō datur niſi cauſa cognita: & in illa libellus offerri debet.

LXXI. IDEM *libro ſecundo de officio Proconſulis.*

OMnia [e] quæcumque cauſæ cognitionem [f] deſiderant, per libellum expediri non poſſunt.

LXXII. IAVOLENVS *libro tertio ex poſterioribus Labeonis.*

FRuctus [g] rei eſt vel pignori dare licere.

LXXIII. QVINTVS MVCIVS SCAEVOLA *libro ſingulari ὅρων.*

QVò tutela [h] redit: eò hereditas peruenit, niſi cum fœminæ heredes intercedunt.

f *Cognitionem*. id eſt plenam decreti interpoſitionem.

g F *Ructus*. Inter alias vtilitates quas ex reb. homines cōſequuntur, curſus naturę in hac tenaciſſima Iouis ætate (in qua vtilitas pignorū irrepſit: vt. ſ. de cōſti. pec. l. qui autem. §. ſi quis.) hoc commodum pręcipue ſcholarib. deputauit, vt liceat eis pignori dare atq; obligare, & pecuniā accipere: quatenus ſtudiū cōtinuetur. hoc eſt quod ait regula. Vel, pro ſaltem. Vel dic fructus. i. vtilitas. nā inter cæteras vtilitates quas habemus ex reb. noſtris, hęc eſt vna, vt poſſimus obligare. nā aliàs creditor non crederet: vt. ſ. de conſti. pe. l. qui autē. §. ſi quis. & inſtit. qui. mo. re con. ob. §. vlt. Sed ſi rem meā poſſides quam euinco cum fructib. percipiendis: quia poſſides ſine tit. & mala fide: vt. ſ. de rei vind. l. ſi nauis. an & hoc debeat æſtimari, ꝙ potui obligare ſi habuiſſem: per quod dānum forte habui? Reſp. ſic. per hanc. l. & . ſ. de vſu. l. fructus. Item an hæc computantur in fructu quanti locare potui? Reſp. ſic. per hanc. l. vt. ſ. de vſur. l. videamus. §. præterea Gallus. nam res vel ad hoc locatur, vt liceat eā obligare: vt. ſ. de prę. ver. rogaſti. §. j. & . ſ. commo. l. ſi vt certo. §. nunc videndum. æſtimabitur ergo hoc in fructu: vt hic, & . d. l. ſ. de vſur. l. fi. Item op. ſi hic eſt fructus rei: ergo pertinet ad fructuariū: ergo obligat. quod eſt falſum: vt. C. de vſufru. l. intereſt. ſed dic fructus, id eſt vtilitas, non fructus ex ipſa re proueniens: vt not. ſ. eo. l. ea eſt natura. Accur.

Studij ratione permittitur, quod aliàs non.

h Q *Vò tutela*. Si quis ad tutelam alicuius vocatur vt proximior, vocari ſimiliter debet ad ſucceſſionem: vt hic, & in authen. de here. ab inteſta. §. ex his. & inſtitu. de leg. pa. tu. §. fin. & ſupra eodem. l. ſecundum naturam. caius. l. hæc eſt filia. Excipitur autem mulier, niſi mater ſit, & auia: vt hic, & . d. §. ex his. Item excipitur & minor: vt. C. de le. tu. l. fina. Quod ergo dicit, quo, id eſt, ad quem locum. & quod dicit, redit: melius dixiſſet econtra redit, id eſt peruenit. & . j. peruenit. id eſt, redit. ſed ideo quod erat vnius, alteri attribuit, vt oſtenderet alterum ſine altero alicui non debere contingere. Item hæc lex locum habet quando iure adgnationis, vel etiam cognationis hodie deferuntur. Quid autem ſi teſtamento detur tutor, vel à iudice: cum alius eſſet cognatus cui deferebatur tutela? Reſpon. ſi cognatus ratione ætatis non admittatur: certum eſt. idem ſi quam excuſationem ha-

bet.at ſi nullam: tunc videtur habere locum hæc regula, vt excludatur agnatus, & teſtamentarius vel datiuus tutor vocetur ad hereditatem. ſed contra puto ſecundum Azo. arg. C. de codi. l.fin.§.ſi quis vero.at ſi nullus ſit cognatus: datiuus vel teſtamenterius admittitur ex hac regula.

cedunt. Nemo[a] poteſt tutorem dare cuiquam, niſi ei quem in ſuis heredibus cum moritur habuit, habiturúſve eſſet ſi vixiſſet. Vi factum[b] id videtur eſſe, qua de re quis cum prohibetur, fecit: clam, quod quiſque cum controuerſiam haberet: habiturúmve ſe putaret, fecit. Quæ in teſtamento[c] ita ſunt ſcripta, vt intellegi non poſſint: perinde ſunt, ac ſi ſcripta non eſſent. Nec paciſcendo,[d] nec legem dicendo, nec ſtipulando quiſquam alteri cauere[e] poteſt.

### LXXIIII. PAPINIANVS *libro primo Quæſtionum.*

Ant. Aug. li. 1. c. 4.

a *Nemo*. pone caſum vt inſtitut. qui. da. tuto. poſſ.§. permiſſum.&.§. cum autem. ſi ergo emãcipato detur tutor: non tenet datio: ſed cõfirmatur: vt eod. titu. §. vlti. ſicut in matre quæ filium inſtituit, & ei tutoré dedit: vt. C. de teſta. tu. l. mater. Idem dic in ſuis heredibus, id eſt inter ſuos heredes. & qui ſint, dic vt inſtitut. de here. qua. & dif. §. ſui. & inſtit. de here. ab inteſt. §. ita autem. Sunt ergo filij & inferiores, ſi nemo eos præcedat: & quandoque etiam ſi alius pręcedat: ſi modo in poteſtatem non ſit recaſurus: quod contingit in duobus caſibus: vt inſtit. qui. mo. ius pat. pote. ſol. §. hi. Item dic nemo, etiã miles: vt. s̃. de teſta. tute. l. ij. & iij. Accur.

b *Vi factum*. ſi te facientem aliquid in meo, prohibuero (quod fit tribus modis: vt ſupra de ope. no. nun. l. de pupillo. §. meminiſſe) & tu facis contra, videris facere vi: vt ſupra quod vi aut clam. l. j. §. quid ſit vi. Hæc tamen nuntiatio quandoque licite poteſt ſperni: vt ſupra de ope. no. nuntia. de pupillo. §. ſi quis riuos. & de cloacis. l. j. §. ſi quis purganti. Si verò non prohibui aliquo de tribus modis: tu vero credebas futuram tibi controuerſiam ſi ſciſſem, aut credere debebas: clã videris feciſſe: vt ſupra quod vi aut clam. l. iij. §. fin. & l. ſeruus. Item no. quòd hæc nuntiatio remittitur tribus modis: ſcilicet ſi eſt ſatiſdatum. Item ſi ſtet per nunciantem quo minus ſatiſdetur. Item quando remittitur expreſſe: vt. s̃. de remiſ. l. j. & de ope. no. nun. l. quia in re. §. ſi is cui nunciatũ eſt. in. l. de pupillo.

g *Non capitur.*i.decipitur. & pone in minore qui emit ſeruū neceſſariū qui poſtea deceſſit: vt.C.de in integ. reſtit. mi.l.nō videtur.&.ſ.de mino.l.verum.§. itē nō reſtituetur,Accur.

h *Non videntur.* Pone vt.ſ.de iuriſ.om. iu. l.ſi per errorē. & de iudi. l. ij.in princi.&.C.loca.l. ad probationē.&dic de errore facti: ſecus ſi iuris,qui nocet: vt. ſ. de cōfeſ.l.nō fatetur.Item hoc niſi ſit communis error facti: quia tūc facit ius:vt.ſ.de offi.prçt. l.Barbari⁹.& ſup. de lega.l.ij.in ſi. Item argu. cōtra.huic.l.ſ.ad.l. Fal. l.j.§.ſi legatarius.

i *Prætor.*quātū ad effectū eiuſdē iuris eſt bonorū poſſeſſor cuius eſt heres.nam vbicūque heres de iure ciuili habet directā actionē,& bo.poſ.vtilem.in caſib.tamē deterioris cōditionis eſt heres.quàm bonorum poſſeſſor: vt.ſ.de cōtra tab.l.ſi ex duobus.& de leg.præſtan.l.ſi duo.Accur.

k *Creditor.* Si conſentiat creditor debitori ſimpliciter pignus alienari:perit pignus alienatione ſecuta,niſi dicat:conſentio ſaluo meo iure:vt.C.de remiſ.pig.l.cū te.&.ſ.qui.mo.pig.vel hypo.ſol.ſi debitor.§.ſi.&.l.ſicut.§.ſi volūtate.ſi autē non cōſentiat expreſſim,eo tamē ſciēte alienetur,cū putet ius ſuum vbique durare,ſibi nō præiudicatur:vt.d.l.ſicut.§.non videtur.Acc.

l *Non vt ex pluribus.*Eadē res poteſt mihi deberi ex plurib.cauſis:vt ſi res aliena mihi legata fuerit,eáque poſtea emā:debebitur mihi ex cauſa legati,& ex cauſa emptionis: & vtrāq; potero intendere actionē:vt inſti.de le.§.ſi res aliena.dominiū autē rei nō niſi ex vna cauſa poteſt acquiri:vt.ſ.de acqui.poſ.l.iij.§. ex pluribus.& ad leg Falc.l.fundo.ſ.vel vſucapione, vel traditione: vt.C.de pac.l.traditionibus. & in legato ſola heredis adiectione: vt.ſ.de leg.j.l.ſi tibi homo.§.cum ſeruus.& aliis modis qui dicūtur inſti.de re.di.§.ſingulorū.vſq; in ſi.& ex hac ratione ſi ago rei vin.ꝓ aliqua re,& ſuccūbā:repellar poſtea agēs:quia cū nō eram dñs niſi ex vna cauſa,illā videor in iudiciū deduxiſſe.non ſic ſi egi perſonali:quia ex multis cauſis poteſt deberi:vt.ſ.de exce. rei iudi.l.ſi mater.§.eadē.&.l.& an eadē quæſtio.§.actiones . ſed videtur poſſe ꝓbari dominiū quæri ex plurib.cauſis.cū enim vſuca.ſit dominij acquiſitio:vt.ſupra de vſuc.l.vſucapio.cōtingit ex pluribus cauſis:vt.ſ.de acqui.poſ.l.iij.§.ex plurib.Vſucapio autē ex poſ. procedit:vt in definitione vſucapionis continetur.nā dicitur per cōtinuationē poſ.ſine poſ.enim vſucapio nō ꝓcedit: vt ſupra de vſuc.l.ſine poſ.& iā cœpta definit ſi interrūpitur poſ.vt.e.ti.l. naturaliter.ſicut ergo poſ.cōtingit ex plurib.cauſis,ita & vſucapio: ergo & dominiū.Rñ.qđ dicit tantū ex vna cauſa quæri dominiū: verū eſt ſi accipias cauſam ꝓximā.ſ.vſucapionē:cui⁹ vſuc.multæ ſunt cauſæ,& tituli poſſidēdi,qui ſūt cauſa remota ad dominiū.ſic & aliàs ex cauſa ꝓxi.& remota:vt ecce ſi ſupbia iſlat:charitas aūt ædificat,hęc eſt vera:quia ſuperbia eſt ꝓxima cauſa inflationis.at ſi dicas,ſciētia inflat:falſa eſt:qa ſciētia eſt cauſa remota.nā ſcientia ſuperbiā,& ſupbia inflationē generat.Itē ad hoc.ſ.de exce. rei iudi.l.cū de hoc.& de cōdi.ob tur.cau.l.ſi ob turpē cauſam. Acc.

Dominium an ex pluribus cauſis quæri poſ. ſit.

a A *Liud*. Si vendam tibi rem aliquam, & euincatur: teneor de euic. etiam ſi non promiſi: vt. C. de euic. l. non dubitatur. ſi autem vendenti conſentiam: non teneor de euic. niſi pretium accipiam: vt. ſ. de euic. l. quidam. licet ſi pretium nō accipiam, circa ius meum mihi præiudicatur: vt. C. de remiſ. pig. l. ij. Accur.

Aliud [a] eſt vendere: aliud vēdenti cōſentire. Refertur [b] ad vniuerſos, quod publicè fit per maiorem partem. Abſurdum [c] eſt plus iuris habere eum cui legatus ſit fundus, quàm heredem, aut ipſum teſtatorem ſi viueret.

CXXI. IDEM *libro ſeptuageſimoſeptimo ad Edictum.* 161

In iure ciuili [d] receptum eſt, quotiens per eum cuius intereſt conditionem non impleri, fiat quo minus impleatur, perinde haberi, ac ſi impleta conditio fuiſſet. quod ad libertatem & legata, & ad heredum inſtitutiones perducitur: quibus exemplis ſtipulationes quoque committuntur: cum per promiſſorem factum eſſet quo minus ſtipulator conditioni parêret.

CXXII. PAVLVS *libro ſeptuageſimo ad Edictum.* 162

Quæ propter [e] neceſſitatem recepta ſunt, non debent in argumentum trahi. †

CXXIII. VLPIANVS *libro quinquageſimoquinto ad Edictum.* 163

Cui [*] ius eſt donandi: eidem & vendendi & concedendi [f] ius eſt.

CXXIIII. PAVLVS *libro quinquageſimoprimo ad Edictum.* 164

Poenalia [g] iudicia ſemel accepta in heredes tranſmitti poſſunt.

CXXV. VLPIANVS *libro quinquageſimotertio ad Edictum.* 165

Cum quis [h] poſſit alienare, poterit & conſentire alienationi. Cui autem donare non conceditur: probandum erit, nec ſi donationis cauſa conſenſerit, ratam eius voluntatem habendam.

CXXVI. PAVLVS *libro quadrageſimooctauo ad Edictum.* 166

Qui rem [i] alienam defendit, nunquam locuples habetur.

CXXVII. IDEM *libro quadrageſimonono ad Edictum.* 167

Non videntur [k] data, quæ eo tempore quo dantur, accipientis non fiunt. Qui iuſſu [l] iudicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parêre neceſſe habet.

CXXVIII. IDEM *libro primo ad Plautium.* 168

b *Refertur.* Si publice populus vocetur, ſcilicet per tubā vel campanam, vel voce præconia: licet non omnes veniant, videntur omnes facere quod faciūt qui venerunt: ſi modo duæ partes veniāt, & maior pars illarum duarū partiū cōſenſit: vt. ſ. quod cuiuſque vni. l. nulli. Itē ſi faciat maior pars eorū qui præſunt vniuerſitati, & deputati loco totius ciuitatis, vt decuriones: vt. d. l. nulli. &. ſ. ad muni. l. municeps. & l. quod maior. & habet locum in electione, & in contractibus, & etiā in commiſſione pœnę, ſi veniant contra contractum pœnalem, vel etiam vadant, vel aliàs delinquāt: vt. C. de ſac. ſan. ec. l. iubemus nullā. ideo autē ſic fingit hæc lex: quia non poſſunt omnes conſentire facile: vt ſupra de li. vniuer. l. j. & de acqui. poſ. l. j. in fin. licet cum difficultate ſic: vt ſupra de offi. quęſto. l. j. & quod met. cau. l. metum. §. animaduertēdum. Item huic legi eſt ar. contra. ſupra de aqua plu. arc. l. ſi autem. Accur.

† Cōcord. tex. cum gl. ī clē. 1. de re. eccl. nō alie. & in. c quanto. de cōſue. in antiq.

* al. Cuius.

c *Abſurdum.* Pone vt infra eodem. l. quod ipſis. & facit. j. eod. l. in his. §. j. Sed opponitur: Teſtator ſciens rem alienam non vſucapit, nec heres: ſed legatarius ſic: vt. ſ. de diuer. temp. præſcript. l. an vitium. quæ eſt contra. & l. cum heres. ſed non habet plus iuris nunc cum incipit habere: habèbit tamen poſtea per vſucapionem. Accurſius.

d *IN iure ciuili.* Regulam præmittit: cui dat quatuor exempla. Primum, de libertate: vt ſi teſtator leget libertatem Sticho ſi. x. det heredi, vel ſi ei ſeruierit per annum, & per heredem ſtet quo minus impleatur conditio: vt. C. de condi. inſer. l. fina. &. ſ. de ſtatuli. l. iij. in princi. &. §. fina. Secundum, in legato: vt lego tibi fundum ſi decem heredi des: vt ſupra quando dies leg. ce. l. v. §. item ſi qua. & de condi. & demon. l. cum pupillus. Etiam de inſti. dic: inſtituo te heredem ſi decem Titio dederis. qui Titius aliàs erat futurus legitimus ab inteſtato: vt ſupra de condi. inſtit. l. iij. De ſtip. vt ſi promiſeris mihi decem ſi aſcēdam hodie capitolium, & me impedias: vt ſupra de condi. & de. l. iure ciuili. vbi eſt hæc lex de verbo ad verbum. Sed quid ſi promiſeris mihi decem ſi te vicero: & poſtea reſiſtis quo minus te vincam? Reſpon. nō habetur pro impleta: quia tacitè fuit actum vt poſſis reſiſtere: & ſic habetur pro expreſſo: vt. ſ. ſi cer. pe. l. cum quid. Item quid ſi impedior per alium? Reſpon. nō habetur pro impleta: vt. ſ. de condi. & de. l. quibus diebus. niſi in libertate: vt. C. de condi. inſer. l. fin. Item quid ſi per caſum? Reſpon. plene hoc & ſuperiori caſu vt not. C. de inſti. & ſub. l. j. Item quod dicit, cuius intereſt: dic ſecundum Azo. ſcilicet principaliter: puta quia conditione exiſtente incidit in obligationem: vel quod ſuū eſt, vel erit, ab eo recedit. ar. opp. ſ. de pact. l. fideiuſſoris. in damno enim ſpectatur intereſſe, non in lucro, niſi vbi lex exprimit: vt. ſ. de act. emp. l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. niſi dicas hodie correctum, per. l. de ſen. quę pro eo. l. vnica. Item non inſpicitur ratione affectionis: vt. ſ. de ope. ſer. l. vlti. & ad legem Aquil. ſi ſeruum meum. niſi vbi lex diceret: vt ſupra de tut. & ra. diſtra. l. j. §. ſi nonnullos. & ſupra man. l. cum ſeruus. Accurſius.

Rei ſacræ alienatio quādoque permittitur.

e *QVæ propter* Pro captiuis redimendis ex neceſſitate rei ſacræ alienatio permittitur: vt. C. de ſac. ſanct. eccle. l. antepenult. hoc non trahitur vt indiſtinctè alienatio permittatur: vt infra eod. quod contra. niſi eadem aut maior ratio eſſet, vt pro eis alendis. ar. ſ. de le. & ſenatuſc. non poſſunt. &. ſ. de cloa. l. ſi. Item pone vt. ſ. commu. diui. l. quamuis. §. j. Accur.

f *CVi ius. Et concedendi.* puta in emphyteuſim. & dic quòd hæc regula fallit: quia aliqui poſſunt vendere, & nō donare: vt tutor, curator, præſes, & ſimiles: vt. ſ. de fur. l. interdum. §. qui tutelā. &. ſ. de pact. l. cōtra iuris. §. ſi curator. &. C. de pact. l. pactum curatoris. & de tranſact. l. præſes. Item filius & ſeruus habentes liberam: vt. ſ. de pac. l. contra iuris. §. ſi filius. Item & econtra quādoque permittitur donatio, non venditio: vt. C. de prędiis decur. l. fina. Item emphyteuſis permittitur vbi nō venditio: vt Cod. de ſacroſan. eccleſ. auth. perpetua.

g *POenalia.* vt furti, & ſimiles: vt inſti. de perpe. & tem. act. §. pœnales. & facit. j. eo. l. omnes. &. ſ. e. l. pupillus. & quod no. ſ. eo. l. non ſolet. &. l. ſeq. &. ſ. de act. & oblig. l. omnes. §. ſi. Accur.

h *CVm quis.* Aliud eſt alienare, & aliud conſentire: vt ſupra. l. proxi. aliud. & qui poteſt primum, ſcilicet alienare, vt creditor pignus ex pacto: poteſt & ſecundum, ſcilicet conſentire debitori alienāti: & per id tollitur pignus: vt. ſ. quib. mo. pig. vel hyp. ſol. l. ſicut. §. ſi voluntate. Hoc fallit quando non venit dies ſoluendi: quia non poteſt vendere, ſed poteſt conſentire vendenti. Item fallit vbi minor. xxv. an. non poteſt ſeruum manumittere, tamen poteſt conſentire debitori manumittere volenti ſibi obligatum: vt. ſ. de manu. vin. l. ſi pater. §. fin. Item fallit. C. de pact. l. fin. Secundo dicitur quòd qui non poteſt donare, nec donanti conſentire: vt filius & ſeruus, etiam ſi liberam habeant adminiſtrationem: vt ſupra de pact. l. contra iuris. §. ſi filius. Item vir vxori nec donat, nec alij donanti conſentit: vt ſupra de dona. inter vi. & vxo. l. iij. §. nō tantum. Accurſius.

i *QVi rem.* Qui alium defendit ſine mandato, nō eſt locuples, vt euitet ſatiſda. iudi. ſolui. vt ſupra de procu. l. minor. §. is qui. &, l. & ſi conſularis. & l. nō videtur. & ſupra eo. l. in eo quod. §. j. ſed ſi cum mandato dominus pro eo ſatiſdat: vt ſupra iudi. ſol. l. ſi ad defendendum. Accur.

k *NOn videntur.* Promiſiſti mihi rem alienam dare. non liberaris tradendo: quia non facis meam, cum non ſit tua: vt ſupra de verb. oblig. l. vbi autem non. §. ſi. & inſtit. de act. §. ſic itaque. niſi ex natura contractus præambuli ponatur pro tradere: vt ſi rem emptam ſtipulatus ſum dari. non tantum videtur promittere, quantum iudicio empti præſtare cogitur: vt ſupra de vſuca. l. ſi ſtipulatus. Iudicio autem emp. non cogitur venditor facere rē accipientis: vt ſupra de act. emp. l. ex empto. Item quandoque dicitur dari quo ad opinionem, quod non datur quo ad veritatem: vt. ſ. de iure do. ſi ſerua. Item quandoque ponitur pro tradere, ex natura contractus qui fit: vt do tibi rem ex cauſa commodati, vel inſpiciendam: vt. ſ. commo. l. eum. §. ſi rem. ſic &. ſ. loca. l. ſi vno. §. ſed & ſi verbo donationis.

l *Qui iuſſu.* pone caſum vt ſupra ad Sila. l. ſi quis quaſi. Item in executoribus. & apparitoribus, & exequentibus ſententias iuſte latas præcepto iudicis. Sed quid ſi non iuſte? Dicunt quidam ei non parendum: & qui paruerit, tenetur. tu dic: aut præcepit aliquid exercendo ſuum officium, aut ſicut quilibet priuatus. Primo caſu qui paret, nec in dolo, nec in culpa eſt: vt in domo diruenda, & ſimilibus: quamuis iniuſtum ſit præceptum iudicis: & hoc propter rerum iudicatarum auctoritatem: vt ſupra ad Treb. l. ſeruo inuito. §. cum prætor. & propter pub. vti. quæ eſt vt maleficia

leficia puniantur: vt. ſ. ad. l. Aquil. l. ita vulneratus. in quibus puniendis ſubiecti præſtare debent ſuum auxilium: vt. C. de his qui latro. vel ali. cri. l. ij. & C. de epiſco. & cleri. l. ſi quis in hoc. & quia præſumendum eſt iuſte latam, ſicut iurauit: vt. C. ad. l. Iul. re. l. ſi. §. & licet. cæterum ſi dicatur non eſſe parendum, quia ſit iniuſtum decretum: ergo & vbi eſt iuſtū, differtur pœnæ impoſitio: quia fieri contradictiones in ſingulis cauſis poterunt: quod eſt abſurdum, & euitabile: vt ſupra de Carbo. edic. l. j. §. ſed & ſi quis non. & ſupra de tranſac. l. cum hi. §. ſi cū lis. Si vero a nō exequatur officium ſuum, dico nullatenus parendum: etiam ſi ius præcipiat: niſi in reuerentiæ exhibitione: vt ſupra de in ius voc. l. generaliter. Nec ob. quòd iurant ſubiecti parere omnib* præceptis: quia reſtringitur ad ea de quibus veriſimiliter eſt actum. Argu. ſupra de pigno. l. obligatione. In caſibus non ſolum non obedire, ſed etiam debent reſiſtere officiales ſui: vt C. de appel. l. quoniam iud. & C. qui mili. non poſ. l. his quidem. Azo. licet autem parcatur obedienti quando exequendo ſuum officiū præcepit: ipſe tamen iudex tenetur vel finito magiſtratu, ſi de maioribus eſt: vel etiam eo durante, ſi de minoribus eſt: vt ſupra de iniur. l. nec magiſtratibus. & ad. l. Aquil. l. quemadmodum. §. magiſtratus. Prædicta diſtinctio in atrocibus poteſt intelligi. at in his in quibus non eſt dolus, etiam extra officium parens excuſatur: vt not. ſupra ad legem Aquil. l. liber homo. & facit infra eodem. l. ad ea.

* Capienda.

a] Iſta gl. eſt valde nota. ad hoc q͛d iuramētum ſimpliciter præſtitū ſuperiori per ſubiectū de obediēdo ei intelligitur ſemper in licitis & honeſtis, & in veriſimilibus, & in his quæ ſpectāt ad eius officium. a. hàs autem non. Bolog.

A cillarum. §. ſi quis cum ſeruo. Item fallit. ſ. ad. l. Fal. qui fundum. §. ſi tu ex parte. ſed non aperit ibi teneri inſtitutum in quartam, vel vltra quartam pendente conditione heredis. Accur.

Rapienda[a] * occaſio eſt, quæ præbet benignius reſpōſum. Quod factum[b] eſt, cum in obſcuro ſit, ex adfectione cuiuſque capit interpretationem.

CXXIX. IDEM *libro ſecundo ad Plautium.* 169

IS damnum[c] dat, qui iubet dare. eius verò nulla culpa eſt, cui parere neceſſe ſit.

Quod pendet,[d] non eſt pro eo quaſi ſit.

CXXX. IDEM *libro tertio ad Plautium.* 170

Actum[e] à iudice quod ad officium eius non pertinet, ratū non eſt.

CXXXI. IDEM *libro quarto ad Plautium.* 171

Nemo ideo[f] obligatur, quia recepturus eſt ab alio quod præſtiterit.

CXXXII. IDEM *libro quinto ad Plautium.* 172

IN contrahenda[g] venditione ambiguum pactum contra vēditorem interpretādum eſt. Ambigua autem intentio ita accipiēda eſt, vt res ſalua actori ſit.

CXXXIII. IDEM *libro ſexto ad Plautium.* 173

IN condemnatione[h] perſonarum quę in id quod facere poſſunt, damnantur: nō totum quod habent, extorquendum eſt: ſed & ipſarum ratio habenda eſt, ne egeant. Cum verbum[i] *Reſtituas,* B lege* inuenitur: etſi non ſpecialiter de fructibus additum eſt, tamē etiam fructus ſunt reſtituendi.

Vnicuique[k] ſua mora nocet. quod & in duobus reis promittēdi obſeruatur. Dolo[l] facit, qui petit quod redditurus eſt.

CXXXIIII. IDEM *libro octauo ad Plautium.* 174

QVi poteſt[m] facere vt poſſit conditioni parere: iam

g *In contrahenda.* Pone vt ſupra de contrahen. empt. l. cum in lege. Sed contra in eo. tit. l. ſi in emp. in prin. Solu. ibi in acceſſorio, hic in principali. vel ibi ſic ab emptore fuit dictum: & ſic contra eum intelligendum. Item contra ſupra de iudic. l. ſi quis in rem. Solu. aliud in iudiciis. Item cōtra ſupra loca. l. in lege. Solu. ibi ideo pro locatore, vt nihil operetur quædam verba in pacto appoſita. Cætera dic vt no. ſ. de pac. l. veteribus. & facit ſupra de contrahen. emp. l. Labeo. Si autem ambiguitas eſt talis, vt ſecundum intellectū loquentis poſsit valere, ſecundum alterius nō: vt ſi rem venditam cōueniſti mihi dare Bon. hodie, intelligimus de hac Bononia: vt nō pereat conuētio, licet pro me: vt. ſ. de verb. oblig. l. quotiens.

* Ant. Aug. Lib. 1. c. 7. in lege

a *Capienda.* Pone vt ſupra de pœn. l. ſi præſes. Item ſupra de re iudi. l. inter pares. Item ſupra de arbi. l. diem. §. ſi plures. Itē ſupra de condi. inde. l. dominus teſtamento. & facit. ſ. e. l. ſemper in dubiis. Accurſius.

b *Quod factum.* Rem alienam legaui: & dubium eſt fui ſciens, vel ignorans. certe ex affectione quam habeo ad legatarium, quia ſit coniuncta perſona, habeor pro ſciente quantum ad ſubſtantiam legati: licet ignoraui: vt. C. de lega. l. cum alienam. Item pone. C. de inoffi. teſta. l. iij. Item pone. C. de inſti. & ſubſti. l. generaliter. §. cum autem.

c *IS damnum.* Pater vel dominus aliquid nimis atrox iubentes filiis vel ſeruis facere, præcipiens tenetur, obediens excuſatur: vt. ſ. de act. & oblig. l. ſeruus. Quid autem ſi præcipiens nullū ius imperandi habuit? Io. vterque tenetur. Azo. Alij diſtinguunt, vt ſupra ad legem Aquil. l. liber homo. & facit ſupra de iniur. l. non ſolum. in princi. &. ỹ. eod. l. hoc iure. §. j. & ſupra de vi & vi arma. l. j. §. quotiens. & ỹ. eo. l. ad ea. & ſupra proxi. l. non videtur. §. qui iuſſu. Accurſius.

d *Quod pendet.* Pone in conditionali obligatione quæ pendet, nec habetur perinde ac ſi conditio extitiſſet, cum nec ceſſit nec venit dies: vt inſtitut. de verbo. oblig. §. ex conditionali. & ſupra de verbo. ſignificat. l. cedere. Item pone ſupra ad Macedo. l. j. §. ſi pendeat. Sed argu. contra ſupra de ven. in poſſeſ. mit. l. j. §. ſed & ſi incertum.

e *Actum.* Pone vt ſupra de iuriſdi. omn. iudi. l. fina. Item pone ſupra de fer. l. j. §. ſi vero. Item. C. qui pro ſuaiu. l. j. Sed argu. contra ſupra in ius vo. vt eant. l. ij. ſed illud bene pertinet ad eum. Accurſius.

f *Nemo ideo.* Promiſit mihi Titius vt ſi quid pro eo ſuis creditoribus ſoluerim: id mihi reſtitueret. nō ideo teneor creditoribus eius. Idem & ſi non eſſem ſtipulatus: nam repeterem ſi ſoluerim, & tamen teneor. Item pone ſupra de aqua plu. arcen. l. ſupra. §. apud Ferocem. Fallit autem hæc regula in procur. & geſtore qui mihi tenentur eo quòd pecuniam meam mutuauerint, vt ſaltem mihi cedant act. Item fallit in duobus ſociis communē ſeruum habentibus. nam quilibet in ſolidū de peculio poteſt cōueniri: quia repetitur à ſocio quod præſtiterit: vt. ſ. de pec. l. & anff. Nouum.

h *In condemnatione.* Quidā intelligunt hanc. l. in filiis & parentibus, & patronis, & cæteris quibus alimenta cogimur præſtare: vt illi debitores nobis ſic condemnentur: alij qui damnantur in quantum facere poſſunt, in ſolidum damnētur. ſic enim dicitur, in quantum facere poſſunt: vt inſtit. de act. §. penul. ſed Ioan. generaliter in omnibus. & quod in. d. l. dicitur, in quantum facere poſſunt: ſubaudi, cōmodè & honeſtè. nec enim videtur fieri poſſe, quod non poteſt fieri honeſte: vt. ſ. tit. j. l. nepos Proculo. Vel C dic, in quantum & c. id eſt non deducto ære alieno: vt. ſ. de re iud. l. ſunt. Contra eos eſt etiam in donatore: in quo expreſſe dicitur deducendum ne egeat: & tamen non inuenitur quòd debeat alere donatarium: vt. ſ. de re iu. l. cum ex cauſa. Item ſecundum eos quid differrēt cæteri debitores ab his, ſi & hi ſic tenerentur in ſolidum? ſed reſpondent quia hi non tenentur poſt quadrimeſtre tempus ad vſuras centeſimas: ſed cæteri ſic.

i *Cum verbum.* Pone vt ſupra titu. j. l. hæc verba. Item ſupra de vſu. l. videamus. §. in Fauiana. & facit ſupra titu. j. l. plus eſt. & l. reſtituere.

k *Vnicuique.* ſi fideiuſſor eſt in mora: non nocet reo quo minus interitu ſpeciei liberetur: ſed ipſi ſoli. ſecus econtra: vt. ſ. de verb. oblig. l. cum filius. & l. mora. Item ſi duo rei ſunt debendi: altero interpellato alter liberatur interitu rei: ſed ipſe tenetur: vt. ſ. de vſur. l. mora. in fi. niſi ſint ſocij. tunc enim vnius mora alteri nocet: vt. ſ. de duo. reis. l. pen. quæ eſt contra. Mora ſocij ſocio nocet.

l *Dolo.* Pone in vito qui ſoluto matrimonio petit dotem à patre mulieris. hoc ſi ei à quo petit, eſt reſtiturus: ſecus ſi alij: vt ſupra ſolu. matrimo. l. ſocer. §. Lucius. Item habet locum hæc regula in D petitoriis, ſecus in poſſeſſoriis: vt ſupra quorum leg. l. j. §. j. ſed dicas idem in poſſeſſoriis ſi incontinenti velit de ſuo iure docere: vt ſupra de Carbo. edic. l. iij. §. cauſæ. ſed fallit in authen. de trien. & ſemiſ. §. illud. & adde quod not. ỹ. eo. l. inuitus. §. j. & ſupra de excep. doli. l. dolo.

m *Qui poteſt.* Pone vt ſupra de contrahenda emptio. l. Labeo ſcribit, ſi mihi bibliothecam. Item pone vt ſupra de lega. ij. l. ſi quis ſeruo. vbi ſeruo libertas per fideicommiſ. & . x. relicta ſunt. nam heres tenetur ad vſuras de illis decem, cū poterat manumittendo aperire viam petendi decem: & ſic non poteſt ſe excuſare quaſi exiſtenti ſeruo dare non debuerit vel non potuerit, cum nihil proprium habere poſſit. Item pone ſupra de condi. & demonſtra. l. ſi cui legatum. §. ſi cui recte. Item pone ſupra qui. ad liber. proclam. non licet. l. Lucius. §. ſed & is qui adhuc. Sed in eadem. l. fallit hæc regula in eo cui relicta eſt libertas ſub conditione quæ erat in ipſius poteſtate. nam & ſi patiatur ſe venundari, non denegabitur ei libertatis proclamatio, quaſi non poſſit imputari quòd in libertatem non proclamauit, & quia non poterat. nec enim adhuc extitit conditio. ſed tamen ipſe poterat fa-

cere & adimplere conditionem,vt poſsit proclamare:nec hoc ſibi imputabitur.Item facit ſupra de adqui.here.l. is qui. vbi dicit: A is demum poteſt repudiare qui poteſt adquirere. ſed inſtitutus ſub conditione poteſtatiua poteſt facere vt poſsit adquirere: ergo poteſt repudiare: quod falſum eſt:vt ſupra de adquiren.here. l.is qui heres. Item ponere potes vt ſupra ſi quis omiſ. cauſa teſt. l. j. §. quæ ſub conditione. & facit ſupra quib. ex cau.maio.l.ei quoq;. &.l.ſeq.

poſſe videtur. Quod quis,[a] ſi velit,habere non poteſt: id repudiare non poteſt.

CXXXV. IDEM *libro vndecimo ad Plautium.* 175

IN his[b] quæ officium per liberas fieri perſonas leges deſiderant, ſeruus interuenire non poteſt. Non debeo[c] melioris cõditionis eſſe,quàm auctor meus à quo ius in me tranſit.

CXXXVI. IDEM *libro tertiodecimo ad Plautium.* 176

NOn eſt[d] ſingulis concedendum,quod per magiſtratum B publicè poſſit fieri: ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi. Infinita[e] æſtimatio eſt libertatis, & neceſsitudinis.

CXXXVII. IDEM *libro quartodecimo ad Plautium.* 177

QVi in ius[f] dominiúmve alterius ſuccedit: iure eius vti debet. Nemo videtur[g] dolo exequi, qui ignorat cauſam cur nõ debeat petere.

CXXXVIII. IDEM *libro quintodecimo ad Plautium.* 178

CVm principalis[h] cauſa non conſiſtat: plerumque ne ea quidem quæ ſequuntur, locum habent. C

a *Quod quis.* Pone in legato ſub condi.relicto: vt ſupra de lega. ij. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi ſub conditione. Item pone in herede ſub cõditione inſtituto: vt ſupra de adquiren. here.l.j.§. qui heres. ſed pactum valet: vt ſupra de pact. l.& heredi.§.filia. & de mino.l.iij.§. ſi quid minori.&.C.de pactis.l.j. & eſt ratio, quia pactũ nititur auctoritate duorum: vnde maioris eſt firmitatis. ſed ſecundũ hoc ſi poteſt petere, ergo & repudiare poteſt. Sed cõtra in decre. bo. poſſeſ.quæ peti poteſt, non tamẽ repudiari: vt ſupra de ſucceſſ.edicto. l. j. §. decretalis. ſed ibi non poteſt per ſe, ſed per iudicem.

b IN *his.* Hæc vera ſunt,niſi toti⁹ populi error interueniat: vt ſupra de offic. præt. l.Barbatius.& inſtit. de teſti.§. teſtes.ſeruus ergo iudex eſſe non poteſt.vt ſupra de iudi.l.cum prætor. §. moribus.Nec teſtis:vt,C.de teſtib.l.quoniam liberi.Nec arbiter: vt.s̃. de arbi.l.proxi.§.in ſeruum. Nec tutor: vt inſtit.qui da.tu.poſ.§. ſeruus autem alienus.

c *Non debeo.* Pone ſupra ad Velle.l.fi.§.j.ibi,ſed ſi creditor &c.Itẽ pone ſupra de adquir.poſſ.l.Pomponius.§.j. quando ſcilicet vult vti acceſsione ſui auctoris,non poteſt niſi cum ſuis vitiis.Item ſicut auctori meo poterat auocari per hypothe.ſic & mihi:vt.s̃.de contrah.emp.l.alienatio. Item vitium rei mihi nocet vt meo auctori:vt inſtit.de vſuca.§.furtiuę.&.§.quod autem dictum eſt.ſed fallit.s̃.de diuer.præ.l an vitium.& inſtitu.de vſuca.§.furtiuæ. & §.quod autem. vbi ego vſucapio, licet auctor meus impediatur propter ſcientiam rei alienę,ſi volo vti ſua acceſsione.hoc tamen eſt in aliquo contractu:vt in authen.vt ſpon.lar.§.rurſus. Item licet doli exceptio poſsit obiici auctori meo, non tamen mihi obiicietur:vt.s̃.de exce.do.l.apud Celſum.§.de auctoris.&.§.ſed cũ. Item fallit.C.de her.tu.l.j.& fa.s̃.eo.l.aliud.§.fi.&.j̃.eod.l.quod ipſis.&.l.nemo plus.&.l.qui in ius. D

d NOn *eſt.* Si rem tuam poſsideo: non debes eam auferre tua auctoritate,licet hoc idẽ poſsit facere iudex per ſuos executores.ſi enim hoc concederetur,plerunque ad arma & rixã perueniretur:quod prætor debet compeſcere:vt.s̃.de vſufru.l.ſi cuius.§.ſed & ſi inter duos.&.C.de Iudæ.l.nullus.

e *Infinita.* de libertate pone exemplum.s̃.rem ra.hab.l. procurator.§.fi.& fa.s̃.eo.l.libertas.Item neceſsitudo dicitur cognatio:vt s̃.de iuſtit.& iur.l.vlti.in caſu tamen æſtimatur filius propter famem:vt.C.de pa.qui fi.diſ. Sed dic ibi ſpeciale:vel non alienatur cognatio,quæ eſt inſeparabilis:vt.C.de pa.po.l.abdicatio.&.s̃.de adop.l.quæſitum.

f QVi *in ius.* Succeſſor iuris eſt heres:vt.s̃.de here.inſti. l. quotiens.§.heredes.quod ergo defunctus propter ſcientiã rei alienæ non vſucapit,nec heres vſucapiet:licet bo.fi.habeat: vt.s̃. de diuer.temp.præſcrip.l.cum heres.& not.s̃.de publi.l.ſi ego.§. partus.& facit ſupra de eden.l.quædam.§.j.Sed fallit hæc regula, ſupra de proba.l.Procula.Item vbicunque donatio confirmatur morte:cum defunctus potuerit pœnitere, non autem heres: vt ſupra de dona.inter vi.& vxo.l.cum hic.§.oratio.&.C.fami.erci. A l.filiæ.Item in dominio de quo ſubiicit.& dic vt.s̃.l.proxi.in omnibus.§.non debeo.Sed fallit.s̃.de euic.l.vindicantem. & fa.s̃.de iudi.l.mortuo.

g *Nemo videtur.* ſi peto quod defunctus remiſit,nõ repellor excep.doli,niſi poſtquam ſciuero:vt.s̃.de except. do.l.ij.§.item quęritur. &.§. generaliter. ſic ecõtra debitor ignorans non eſt improbus:vt.s̃. eo.l.non poteſt.

CXXXIX. IDEM *libro ſextodecimo ad Plautium.* 179

IN obſcura[i] voluntate manumittentis fauendum eſt libertati.

CXL. IDEM *libro ſeptimodecimo ad Plautium.* 180

QVod iuſſu[k] alterius ſoluitur: pro eo eſt quaſi ipſi ſolutum eſſet.

CXLI. IDEM *libro primo ad Vitellium.* 181

SI nemo[l] ſubiit hereditatem: omnis vis teſtamenti ſoluitur. B

CXLII. IDEM *libro tertio ad Vitellium.* 182

QVod nullius[m] eſſe poteſt:id vt alicuius fieret,nulla obligatio valet efficere.

CXLIII. MARCELLVS *libro tertio Digeſtorum.* 183

ET ſi nihil[n] facilè mutandum eſt ex ſolennibus: tamen vbi æquitas euidens poſcit,ſubueniẽdum eſt.

CXLIIII. CELSVS *libro ſeptimo Digeſtorum.* 184

VAni timoris[o] iuſta excuſatio non eſt.

CXLV. IDEM *libro octauo Digeſtorum.* 185

C IMpoſsibilium[p] nulla obligatio eſt.

h CVm *principalis.* Pone exẽplũ regulę huius in teſtamentis:vt inſtitut. de pup. ſub.§. liberis. Item in legatis: vt ſupra de penu lega.l. ij. Item in cõtractibus: vt.C.de legi.& conſtit. l.non dubium. Item in dote: vt. C.de condic. ob cau.l.j.plerunq; autem dicit,quia quandoque fallit:vt.C.de prædiis mi.l.& ſi is. item in C.de luitio. pign. l. intelligere.& facit.j̃.eod. l.nihil.§.j. Et not. quia quandoque tenet principale & acceſſorium:[a] vt quando ſecũdum leges. Item quandoque neutrũ. vt quando contra leges:vt.d.l.non dubium. quandoque acceſſorium tantum: vt quando præter leges: vt ſupra de verb.oblig. l.ſtipulatio iſta.§.alteri. Accurſius.

a] Tu dic de hoc vt not. plenè in regula, acceſſoriũ.eo.tit lib.6.

i IN *obſcura.* Pone vt.s̃. de manumiſ.teſta.l. ſi peculium.§.fina. &.l. ſi ita.ſed fallit ſupra de manu.teſta.l.cum ex plurib.& de re.dub.l. ſi fuerit.§.item ſi ex plurib.licet finis eiuſdem.l.ſit pro hac regula. bene dico quòd fallit.nam ſecus in aliis relictis: vt.s̃. de adimen. lega.l.iij.§.ſi duobus.ſi habes ibi,vtrique.& facit.s̃.eo.l.quotiens dubia.Accurſius.

k QVod *iuſſu.* Pone vt.s̃.de adquiren.poſſeſ.l.j.§.ſi iuſſerim.ſed fallit ſupra de ſolu.l.ſi fugitiuus. &.C.de iure emphyteu. l.vltima.

l SI *nemo.* Hanc regulã habes.s̃.de his quæ in teſtamen. delen. l. proximè.ſed fallit in caſibus not.C.de fideicõ.l.eam quã. & no.caute dicit nemo.nam ſi vnus ex pluribus adeat, omnia valẽt ab illo gradu relicta: vt.s̃.de leg.præſtan.l.ſed ſi pro dote. §. non omnia.&.s̃.de teſtamen.tut.l.ſi nemo.Item & quod dicit,ſubiit: dic vel iure ciuili, vel prætorio per ſecundũ tab.nã vtroque caſu omnibus præſtãtur legata.quod dic vt.s̃.de leg.præſtan.l. nõnũquam.& de cõtra tab.l.ſi ex duobus.§.ſed & illa.Item quod dicit ſoluitur.i.non incipit.ſic liberor.i. in obligationem non incido: D vt.s̃.de verb.obli.l.decem.Sed quidam dicunt legati diẽ quãtum ad obligationem cedere à morte teſtatoris per hanc.l. quod non placet.& facit.s̃.de contra tab.l.filium.§.ſed cum exheredatio.

m QVod *nullius.* Si promittis mihi Hippocentaurum vel hominem mortuum dare,nulla eſt obligatio: vt inſtit. de inuti.ſtipu.in prin.niſi eras in mora ante mortem:vt.s̃.de verb. obli. l.inter ſtipulantem.§.fin.& de conſti.pecu.l.promiſſor.& facit.j̃. eo.l.impoſsibilium.

n ET *ſi nihil.* Pone caſum vt ſupra de in integrum reſtit.l. vlti.& quod dicit,ſolennibus,id eſt ſententia ſolẽniter lata,vel decreto,vel ſimili.non autem de ſolennibus verbis: quia illa remota ſunt:vt.C.de formu.l.j.&.ij.Item facile ideo dicit,quia quandoque immutatur: vt hic ſubiicit.Et not.in definitione:vt. s̃. de in integrum reſtit.l.vlti.

o VAni *timoris.* Promiſiſti mihi decem per metum, vt non dicerem malum de te.non ages quod metus cau. vt.s̃.quod me.cau.l.metum.Item pone.s̃.de re iudi.l.ſi quis ab alio.in prin. Item vt.C.quod metus cau.l.j.&.ij.

p IMpoſsibilium. Si mihi liberum hominem, vel rem ſacram,vel religioſam,

religioſam, vel lunā promiſeris dare, nulla eſt obligatio: vt. s̃. de verb.obl.l.inter ſtipu.§.ſacrā.& inſti.de inuti.ſtipu.in prin. Idem A ſi ſtipuler ſororē meam mihi in vxorē, quod de iure eſt impoſſibile: vt. s̃. de verb.obli.l.ſi ſtipuler. Idem ſi ſtipulatio eſt poſſibilis, ſed conditio impoſſibilis, vt in faciendo: vt ſupra de verb.obliga.l.impoſſibilis.& de actio. & obliga. l. non ſolum.& facit ſupra eo. l.verum eſt. &. l. quod alicuius.&. j̃. eodē.l.ea quæ. Accurſius.

CXLVI. IDEM *libro duodecimo Digeſtorum.* 186

NIhil peti [a] poteſt ante id tempus quo per rerum naturam perſolui poſſit: & cum ſoluendi tempus obligationi additur, niſi eo præterito peti non poteſt.

CXLVII. IDEM *libro ſextodecimo Digeſtorum.* 187

SI quis prægnatem [b] vxorem reliquit: non videtur ſine liberis deceſſiſſe.

CXLVIII. IDEM *libro ſeptimodecimo Digeſtorum.* 188

B VBi pugnantia [c] inter ſe in teſtamento iuberentur: neutrum ratum eſt. Quæ rerum [d] natura prohibētur, nulla lege cōfirmata ſunt.

CXLIX. IDEM *libro tertiodecimo Digeſtorum.* 189

PVpillus [e] nec velle nec nolle in ea ætate, niſi adpoſita tutoris auctoritate creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas neceſſaria eſt.

CL. IDEM *libro vicenſimoquarto Digeſtorum.* 198

QVod euincitur, [f] in bonis non eſt.

CLI. IDEM *libro trigenſimotertio Digeſtorum.* 191

NEratius [g] cōſultus, an quod beneficium dare ſe quaſi viuenti Cæſar reſcripſerat, iam defuncto dediſſe exiſtimaretur: reſpondit, non videri ſibi principem quod ei quem viuere exiſtimabat conceſſiſſet, defuncto conceſſiſſe: quem tamen modum eſſe beneficij ſui vellet, ipſius æſtimationem eſſe.

CLII. MARCELLVS *libro vicenſimonono Digeſtorum.* 192

EA quæ [h] in partes diuidi non poſſunt ſolida à ſingulis heredibus debentur.

a *NIhil peti.* Si promiſeris mihi partum Arethuſæ, vel fructus fundi: ineſt temp⁹ ante quod non poteſt agi: vt ſupra de verbo. obli.l.interdum.niſi feceris quo minus poſtea dare poſſis: vt quia poculum abortionis dediſti: vt argu.ſupra de ſtatulib.l.iij.§.fi. Secundo dicit quòd ſi promiſiſti decem in paſcha, ante nō poſſum agere: vt inſtitut.de verbo.obli. §. in diem.ſecus ſi promiſeris mihi hodie: vt ſupra de verbo. obli. l.liber homo.§. decem.

b *SI quis prægnantem.* Inſtitui te heredē: & ſi decedas ſine liberis, rogaui vt hereditatem reſtituas. ſi prægnantem vxorem relinquas, non videtur conditio defeciſſe: ſed certe nec extitiſſe: quia ſi mortui naſcantur, pro non cōceptis & non natis habentur: vt. s̃. de verb. ſign. l. qui mortui.niſi in caſu: vt in eo.tit.l.quæret aliquis. Item quid ſi tu inſtitutus non vxorem, ſed concubinam prægnantem reliquiſti? Reſpon.idem: vt. s̃. ad Treb.l.ex facto.§. ſi quis rogatus.& de lega.ij.l.cum pater.§.volo.&.l.Lucius.§.vlti.

c *VBi pugnantia.* Fecit quis duo teſtamenta: & vtrumque fuit originale, forte quia vnum volebat ſecum ferre, & aliud domi relinquere: & in vno inuenitur Titio relicta domus: in alio inuenitur eadem dom⁹ relicta Mæuio. neutrum valet: vt hic ſecundum Bu.&.Azo.vt.C.de fide inſtru.l.ſcripturę.hæc poſitio non placet: quia hic de vna ſcriptura dicit. Item eadem ratione non valet ſi dicas quòd inueniuntur duo teſtamenta, in vno quorum Titius heres, in alio Mæuius inuenitur: nec appareat quod prius & quod poſterius ſit factum. Item nec hoc valet ſi dicas quod dixit, do lego: & poſtea: nō do, non lego: quia tunc primum non poteſt impugnare, cum corrigatur à ſecundo dicto: vt s̃. de vulga.ſubſti.l.ſi quis eum quem. Item nec valet ſi ponas ꝙ legauit mihi fundum, & in eodem teſtamento vſumfru. eiuſdem fundi.valet quidem, quia legatarius vult: vt. s̃. de vſufru.lega.l. ſi fundus titio. Tu ergo pone vt ſupra de condit.inſti. l. ſi Titius. repugnantia enim impoſſibilia ſunt. Item poteſt poni vt ſupra de vulga.ſubſtitu.l.vlti.§.j. Item poteſt poni in quibuſlibet perplexis: vt ſupra de vſu & habi. l. per ſeruum. §.denique ſi tibi. & de ſerui.l.viæ & de rebus dubiis.l.ſi fuerit.

d *Quæ rerum.* ſi promiſeris vt doceas me volare, vel cælum tacturum, vel ſeruum non moriturū: nulla lege cōfirmata eſt obligatio, imò infirmata: vt. s̃. eo.l.impoſſibilium. &.C. de cōtrahen. ſtipu.l.moriturum.

e *PVpillus.* Non dicitur velle in ſui præiudicium contrahendo: vt ſupra de actio. emp.l.Iulianus.§.ſi quis à pupillo.vel hereditatem adeundo: vt inſtitut.de aucto.tuto.§.neque. ſed ad ſui commodum ſic: vt.§.ſi quis à pupillo. Item econtra nec nolle, vt actionem remittere: vt.C.de aucto.præſtan.l.fi.&.l.neque actiones: vel hereditatem repudiare: vt.C.de repu.here.l. pupillorum. nā qui nō poteſt ſolus adire, nec ſolus poteſt repudiare: vt ſupra de adquiren.here.l.iiij. Sed quantum ad ſui commodum poteſt nolle: vt ſupra de ſer. vrba. prædio. l.inuitum. prædicta autem vera de eo qui non eſt proximus pubertati, & doli capax non eſt: aliàs etiam in ſui præiudicium poteſt velle, ſi ſit in dolo: vt ſupra depoſiti.l.j.§.an in pupillū. & inſtitu.de obli.ex delicto. §. fin.& ſupra de dolo.l.heredibus.§.item in cauſæ. Item quod dicit in ea ætate.ſcilicet pupillari: & tunc ſic fit relatio ad intellectum. Et quia ſæpe quæritur quando naturaliter tenetur, & non ciuiliter, & qñ vtroque modo, & quando neutro obligetur: [a] A dic ſi contrahat cum auctoritate tutorum, ciuiliter & naturaliter obligatur: vt ſupra de aucto. tuto.l.impuberes. ſi vero ſine auctoritate tutorum: tunc aut eſt infans. & tunc neutro: vt ſupra de actio.& obligatio.l.pupillus.& de condi.inſtit.l. quod pupillus. idem dicas de proximo infantiæ: vt inſtitut.de inuti.ſtipu.§.furioſus. ſi autem eſt proximus pubertati, aut eſt locupletior: & tenetur vtroque modo: vt ſupra de aucto.tuto. l. pupillus. & de condic.inde.l. naturaliter. §. item. & de nego.geſt.l.iij.§. pupillus. & commo. l. iij. in princip. aut non eſt locupletior: & tunc aut cum tutore contraxit: & tunc neutro modo, niſi alterius tutoris auctoritas īteruenīat: vel niſi factus ſit locupletior: vt ſupra de aucto. tuto.l.pupill⁹. aut cum extraneo, & tunc naturaliter tantum, habeat vel non habeat tuto. ex quo contrahit ſine eo: vt ſupra quando di. le. ce.l.cum illud.§. heres. & ad Trebel.l.ſi ei⁹ pupilli.j. reſp. & de noua. l.j.§.illud. licet quidam diſtingunt, vt ſi habet tutorem, & contrahat ſine eo, nec naturaliter teneatur: ſed vbi non habet, tunc naturaliter tenetur, argu.C.de in integ.reſti.mi. l.ſi curatorem. prædicta omnia quæ dixi in pupillo, ſeruentur & in adulto, ſi habeat curatorem. aliàs ſi non habet, tenetur vtroque modo: ſed poteſt reſtitui: vt ſupra de act.& obli.l.obligari.&.C.de in integ.reſti.mi.l.ſi curatorem. C in iudiciis dic quòd ſine tuto. vel cu. litigantes non præiudicant. ſibi ipſo iure: ſed pro ſe ſententiæ latæ tenēt: vt. C. de auct. præſtan.l.clarum.& ſupra de re iudi.l.acta.§.contra.&.C.de procur. l.non eo minus.& facit ad id quod dicit animi iudicio. s̃. de act. & oblig.l.furioſus.

a] Pupillus an & quando obligetur: tu dic quod pupillus doli capax, ſine tutore naturaliter & ciuiliter obligatur. l.1.§. an in pupillū. s̃. depo. glo. & doc. in.§. pupillus. inſti. de inuti. ſtipu. & notaui in. l.illud. s̃. de noua.

f *QVod euincitur.* Si res quam emi, euincatur mihi per rei vin. nō eſt in bonis meis. ſecus ſi per hypo. quod fieri poteſt: vt ſupra de euic.l.ſi mancipium.§.ſi communi.&. §. duplæ. &. l. euictus. Sed contra. s̃. tit.j.l.bonorum.§.in bonis. dum enim cauſa euictionis agitur, bo.fi.poſſideo: ergo eſt in bonis meis. ſed dic ſtrictius hic accipi in bonis, quàm ibi. vel dic, euincitur. i. euictū eſt. ſic inchoatur, id eſt inchoata eſt: vt ſupra eodem.l. nec ex precario. demum enim re euicta deſinit eſſe in bonis meis, vt nec dominus, nec bonæ fidei poſſeſſor ſim. Accurſius.

g *NEratius.* Procurator ignarus mortis domini impetrauit priuilegiū pro domino. certe non valet procuratori: quia non hoc agebatur. item nec defuncto: quia à ſolo Deo poteſt habere priuilegium. nec heredi: niſi hoc princeps voluerit: de quo ſi dubitetur, ad eum recurritur. ad quod.C.de le.& con.l.cum de nouo.&.l.vlti.&. s̃. de vulga.ſubſti.l.ex facto.in princip.&.C. de D ſac.ſan.eccle.l.omni.&. s̃. eo.l.in ambiguis.& ſicut nō valet priuilegium pro defuncto impetratum: ſic nec iudiciū pro eo ſuſceptum: vt. s̃. de iudi.l.de qua re.§.fi. ſecus in ſententiis iudicū: vt ecce, pronuntiauit iudex heredem abeſſe ex iuſta cauſa, & libertatem deberi. proderit heredi, quaſi de herede ſit pronuntiatū: vt ſi habeat ius patronatus: ſicut econtra amitteretur ius patronatus, ſi aliquis iuuenis à quo debetur fideicom. libertas, pronūtietur ex iniuſta cauſa abeſſe: vt. s̃. de fideicom.lib.l.cum quaſi.in prin.&.l.cum vero.§.ſubiectum. vſque in fi.&.l.ſi eum.§.eorum. & hoc cum ſententia fertur pro defuncto. ſecus ſi contra eum: vt. s̃. quæ ſenten.ſine appel.l.penult. Item quod dicit, defuncto: ablatiuus eſt abſolutus.

Priuilegium ꝓ defuncto impetratū, non valet.

h *EA quæ.* cum omnes ſeruitutes ſint indiuiduæ præter vſumfru. vt.ſupra ad l.Fal.l.j.§.ſi vſusfructus. ſi aliquis mihi promiſerit aliqua, heredes promiſſoris tenētur in ſolidum. & econtra meis heredibus debetur in ſolidum: vt. s̃. fami.erciſc.l.heredes.§.an autem.&.§.contra. Idem ſi promiſit aliquid quod conſiſtat in faciēdo, vel nō faciendo: vt. s̃. de verb.obli.l.ſtipulationes non diuiduntur.§.idem puto.&.l.ij.§.item ſi in facto.licet in

opere videatur contra, vt ſupra de ope.li.l.ſiquando. vbi libertus qui duobus promiſit operas, tenetur pro partibus. ſed ibi ad æſtimationem fiebat cõdemnatio. ſic &.ſ. ſi ſer. vind.l.loci.§.ſi fundus.&.§.ſed ſi duorum.& hoc quando omnino diuidi non poteſt. Si autem poteſt, licet non commode, vt bos & homo. vt inſti.de offi.iudi.§. quòd ſi commodum. & tunc aut eſt in genere promiſſio, vt homo: vel alternatiue, & tunc pro parte petitur: ſed ſolui niſi totum non poteſt: vt. ſ. de verbo. obli. l. ij.circa prin. &.l.in executionibus.§. pro parte. aut eſt ſimplex, vt Stichus: & tunc & petitio & ſolutio facienda eſt pro partibus: vt ſupra de ſolu. l. ſi ſtipulatus §.vlti.&.C.de here. act.l. ij. niſi in caſibus: vt ſupra commo.l.iij.§. heres. &.l. in commodato.§. ſi ex facto.

† extiterũt.

* extiterint.

a *In re.* Pone caſum vt. ſupra de his quæ in teſta. delen. l. proximè. Itẽ.ſ.de re. du. l. ſi fuerit.§.fi.& fac.j.eo. l.factum.§.fi.&.l. quotiẽs. & ſupra e. l.in obſcura. &.l.capiẽda.&.l.in ambiguis. & .l. quotiens idẽ.&.l.ſemp in dubiis. Accurſius.

b *Omnia fere.* Cum heres adit hereditatem poſt aliquod tempus poſt mortem teſtatoris, perinde eſt ac ſi ſtatim poſt mortem adiiſſet: vt ecce quo ad vſucapionẽ perficiendam: vt ſupra de vſucap.l.nunquam.§.vacuum.&. l. iuſto.§.nondum. Item quo ad ſtipulationes per ſeruos hereditarios factas: vt inſtit.de ſtipu. ſer.in prin.& ſupra de ſtip.ſer.l.ſi ex re.§. fina. Item quia poſſunt inſtitui tales ſerui: vt ſupra de here.inſti.l.non minus.&. l. ſeruus hereditarius. Fere autem dicit, propter vſumfr. quem non poteſt ſtipulari talis ſeruus: vt ſupra de ſtipu.ſer.l. vſusfructus. Item propter aditionem quam ſeruus hereditarius facere non poteſt, licet poſſit inſtitui: vt ſupra de acquiren.rerum domi.l.hereditas in multis. Item & ideo, quia rei hereditariæ nõ fit furtum: vt ſupra de fur. l. hereditariæ. & ideo in ſubſidium datur crimen expila. here. vt ſupra de crimi. expi. heredi.l.ij.§. apparet. ſed hoc exemplum reprobat Io. quia nec poſt aditam ante apprehenſam poſſeſſionẽ furti ageretur: vt in d.§.apparet. quæ non videtur apprehendi, niſi corporaliter apprehendatur: vt ſupra de acquiren.poſſeſ.l. cum heres. Commodius autem dicas propter libertatem relictam ancillæ per fideicõmiſ. quæ parit ante aditam hereditatem: vnde traditur partus patri ad manumittendum: licet ſi eſſet adita, naſceretur ingen⁹: vt ſupra de fideicom.liber.l.ſi quis rogatus. Item propter actionem iniuriarũ: vt.ſ.de iniur.l.j. §. Labeo. Item propter actio. de peculio, quæ etiam cõtra ſeruum ſubſtitutum datur: vt ſupra de pecu.l.licet.in prin. Item propter vſucap.inchoandam: vt ſupra de vſuca.l.fina. Item propter crimen expi.here. quod non haberet locũ ſi ſtatim adiiſſet: vt patet ex præmiſſis. In præmiſſis ergo exemplis non eſt idem cum tarde aditur. quod eſſet ſi ſtatim teſtatore mortuo adiretur.

c *Qui per ſucceßionem.* Pone.C. de lega. l. in annalibus. Item vbicunque fit mentio heredis: vt ſupra tit. j. l. heredis. & C.de here.inſti.l.fi. idem in bono.poſ. vt ſupra de verbo. ſigni.l. ex illa parte. ſed hæc fallunt in ſubſtitutione impuberis: vt ſupra de vulga.ſubſti.l.qui.liberis.§.fina. & in operis: vt ſupra de ope. liber.l.cum patronus.§,j. quos duos & alium tertium habes ſupra titu.j.l.ſciendum. Itẽ quartò fallit in vſufructu: vt.C.de vſufr. l.cum antiquitas. Item in alio: vt ſupra de ſuis & legi. here. l. ſi plures. Accurſius.

d *Expreſſa.* Pone vt ſupra de condi. & demon. l. nunquam.& ſupra de pac.l.ſi vnus.§.illud. & ſupra de verbo. obli. l. eũ qui cum.§.cum pure.&.l.ſcire debemus.&.C.de vſu.l. aduerſus, in fin. econtra quandoque prodeſt exprimere: vt. C. de noua. l. fina.&.C.de duobus reis.authẽ.hoc ita.&.ſ.pro ſocio.l. coiri.&

redibus debentur. In re[a] dubia benigniorem interpretationem ſequi non minus iuſtius eſt, quàm tutius.

CLIII. CELSVS *libro trigenſimo octauo Digeſtorum* 193

OMnia fere[b] iura heredum perinde habentur, ac ſi cõtinuo ſub tempus mortis heredes extitiſſent.

CLIIII. MODESTINVS *libro ſexto Differentiarum.* 194

QVi per ſucceſſionẽ[c] quãuis longiſſimam defuncto heredes cõſtiterunt,† non minus heredes intelliguntur, quàm qui principaliter heredes exiſtunt.*

CLV. IDEM *libro ſeptimo Differentiarum.* 195

EXpreſſa[d] nocent: non expreſſa non nocent.

CLVI. IDEM *libro octauo Regularum.* 196

PRiuilegia[e] quædam cauſæ ſunt, quædam perſonæ: & ideo quædam ad heredem tranſmittuntur, quæ cauſæ ſunt: quæ perſonæ ſunt, ad heredem non tranſeunt.

CLVII. IDEM *libro ſingulari de ritu nuptiarum.* 197

SEmper[f] in† coniunctionibus non ſolum quid liceat, conſiderandum eſt: ſed & quid honeſtum ſit.

CLVIII. IAVOLENVS *libro tertiodecimo ex Caßio.* 198

NEque[g] in interdicto, neque in cæteris cauſis pupillo nocere B oportet dolum tutoris, ſiue ſoluendo eſt, ſiue non eſt.

CLIX. IDEM *libro ſexto Epiſtularum.* 199

NOn poteſt[h] dolo carere, qui imperio magiſtratus nõ paruit.

CLX. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.* 118

QVi in ſeruitute[i] eſt, vſucapere non poteſt. nam cum poſſideatur, poſſidere non videtur.

ſupra de iniur. l. item apud. §. hoc edicto. & quandoque æquipollent exprimere, & nõ exprimere: vt.C.quæ res pig.l. ſpem. & A ſupra ſi certum peta.l.cum quid.&.ſ.de pact.l. imperatores. Ac.

e *Priuilegia.* Pone vt ſupra eo.l.in omnibus cauſis. Itẽ quod dicit, quæ perſonæ ſunt, non tranſire ad heredem, dic: niſi in caſu: vt ſupra ſolu. matri.l.marito.&. l.etiam. in princi. Item dic nec ad alios: vt. C. de legi. & conſti.l.ij. & facit ad legem. ſ. de re iudi. l. tempus.& ſupra eod. l. Neratius. Accurſius.

† in cõuentionibus.

f *Semper.* Sponſa filij mei non eſt mihi nurus: & ſic licet mihi cum ea contrahere matrimonium: ſed non eſt honeſtũ: quod præualet. Idem econtra in ſponſa patris. idem in filia vxoris meæ, quam habuit poſt diuortium à me factum: vt ſupra de ritu nup.l.ſi qua. §.j. &.ij. ſed domin⁹ B. ponebat in ſenatore, cui licet de iure naturæ cõtrahere matrimonium cum qualibet: non tamen eſt honeſtum tanto viro cum liberta cõtrahere, quod præualet: vt. ſ. de ritu nup. l. lege. ſic. & aliàs dicitur licere contrahentibus ſe decipere: vt ſupra loca.l.item.§.quemadmodum. non tamen conuenit bono viro. & facit ſupra de ritu nup.l.ſemper.

g *Neque.* Si tutor aliquem de fundo deiecit, vel aliàs delin C quat, vel contrahat non gerendo negotium pupilli, non tenetur pupillus: vt hic. ſi autem gerendo negotium pupilli, aut bona fide, & tenetur pupillus etiã ſi non eſt locupletior, nec tutor eſt ſoluendo: vt ſupra de euic.l.illud. ſi autem mala fide: aut eſt locupletior, & tenetur: vt ſupra de dolo.l.ſed ſi ex dolo. ſi vero non eſt locupletior, adhuc non tenetur ſi tutor eſt ſoluendo, à quo recuperet: vt.ſ.ne vis fiat ei.l.j.§. hoc edicto. & de pecu. l. ſumma.§.ſi dolo. quod eſt intelligendum vt cedat act. vt arg.ſ.de admini.tuto.l.fi.& de tribu.l.iij.§. idẽ Iulianus.& ſecundum hoc poteſt intelligi qđ hic dicit,&.ſ.de tabu. exhi.l.pen.&. ſ. de act. em. l. Iulianus. §. idem Iulianus. vbi dicit non teneri pupillum: ſubaudi, cum effectu: quia liberatur cedendo.

h *Non poteſt.* Pone in officiali, vel in priuato litigãte, qui tamẽ obedire tenẽtur: quia de ſua de iuriſdictione ſunt: vt.ſ.de re iudi.l.contumacia.in fi.& de iuriſdi.om.iud. l. fi. Prædicta aũt cõtumacia punitur aliquãdo dãno litis: vt.ſ.de re iudi.l. cõtumacia in prin. quãdoq; remotionis ab officio: vt.ſ.de ſpor.l.ij. quandoque denegatur iuriſdictio: vt.ſ.ex quib.cau.ma. l. ſed & ſi per prætor. §. ſed & ſi cũ decreto prætoris. quandoque alio pœnali iudicio: vt.ſ.ſi quis ius dicen.nõ ob.l.j. quãdoq; nõ tenetur obe- D dire: quod dic vt.ſ.e.l.nõ videtur.§.j. ſed ſi eſt in dolo, cõtumax ergo, licet ſit minor, nõ reſtituitur: vt. ſ.de mino. l. ſi ex cauſa. §. nũc videndũ. Sed contra in eo.ti. l. minor. ſed hic eſt quaſi, vnde nõ fuit vere cõtumax: quia cauſam habuit nõ veniendi: licet non iuſtã. ſecus autẽ ſi nullã: quia aduerſus dolum expreſſum non reſtituitur: vt in præallegata.l.ſi ex cauſa.§.nũc videndum. aduerſus dolum præſumptum bene reſtituitur: vt ea. l.§. in cõmiſſum. & ſupra de pub.l.imperatores. Item quid ſi citetur ſyndicus, vel actor vniuerſitatis: an vniuerſitas videtur eſſe in dolo? videtur ꝙ nõ: vt.ſ.de dolo.l.ſi ex dolo.§.j. Econtra quòd ſic per ſyndicum: vt.ſ.de acqui.poſ.l.j.in fi.&. ſeq.l. Sed poteſt dici, ꝙ ea quæ expediunt, poſſunt fieri per eũ: nõ quæ nocẽt. nã nec cõfeſſio eius in iure præiudicat: vt.ſ.de confeſ.l.certum.§.ſed an ipſos. Vt ergo[a] vniuerſitas vel eccleſia ſit cõtumax, citetur ĩ capitulo vel arẽgo: vt argu.C.de ſacroſan.eccle.l. iubemus. aliàs nec in expenſis vel aliis grauaminibus quibus grauantur contumaces, poſſunt grauari vel ipſo iure, vel ſaltem per reſtitutionem in integrum.

a] Iſta.gl.eſt menti tenẽda, ad hoc ꝙ vniuerſitas debet citari ĩ cõcilio vel capitulo. Bol.

i *Qui in ſeruitute.* Pone in vera ſer. vt ecce captus ab hoſtibus deſinit poſſidere, cum ab hoſtibus poſſideatur. ergo

& vſucapere deſinit, niſi per filios & ſeruos in cauſa peculiari: vt ſupra de cap.l.in bello.§.factæ.& de vſuca.l. neque per ſeruũ. & l.ſi is qui.&.s̃.ex qui.cau.ma.l.ait prætor.§.hi plane.vel dic in ſeruitute.ſ.de facto.nã nec tunc poſſidet: & ſic nõ vſucapit: vt.s̃.de acquiren.re.do.l.homo liber.§.quicquid.Accurſius. A

ſit eſſe tutor: vt ſupra de tutellis. l. j. §. mutus. verum eſt vt de nouo incipiat eſſe tutor: ſed antè tutor non deſinit propter morbum ſuperuenientem. nam multa impediunt facienda, quæ non impediunt iam facta: vt ſupra de his qui ſui vel alie. iu. l. patre. & de poſtu. l.j. §.quamuis autem.

a *Nemo plus*. Dic vt ſupra eo.l.heredem Accur.

b *Qui non facit*. Debitor qui in frau. credi. non vtitur ſeruitutibus, videtur facere quod non debet: vt. s̃. quæ in fraucredi.l. in fraudem. Itẽ qui iuſſus eſt à teſtatore viã concedere: ſi ea quę ad refectionem neceſſaria ſunt, aſportari non patitur: non videtur adimplere iuſſum teſtatoris: vt. s̃.de itine. actúque priua. veteres. & no.ex hac. l. qui non facit.ſic.s̃.titu. j.l. alienationis.in prin.&.l.facere oportere. & inſtit. de nup.§. ſi vxor. Item operæ dicuntur aliæ in faciendo, aliæ in nõ faciendo: vt. s̃. quibus ex cauſis ma. l. ait prætor. §.deinde.in princ.& de verbo.obli. l. ij. §. item in facto.&.l.vbi autem non apparet. §. qui id quod.Item facit ad.l. s̃. de iud.l.non quicquid. §.iudex. & ad Sil. l. j. §. penul.&.l. cum dominus.

CLXI. IDEM *libro tertiodecimo ad Edictum.* 119

NOn alienat, qui duntaxat omittit poſſeſſionem.

CLXII. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.* 120

NEmo plus [a] commodi heredi ſuo relinquit, quàm ipſe habuit.

CLXIII IDEM *libro tertiodecimo ad edictum.* 121

QVi non facit [b] quod facere debet, videtur facere aduerſus ea,* quia non facit: & qui facit quod facere non debet, non videtur facere id quod facere iuſſus eſt. B

*ea, quæ.

CLXIIII. GAIVS *libro quinto ad Edictum Prouinciale.* 122

LIbertas [c] omnibus rebus fauorabilior eſt.

CLXV. VLPIANVS *libro quartodecimo ad Edictum.* 123

NEmo alieno [d] nomine lege agere poteſt. Temporaria [e] permutatio ius prouinciæ non innouat.

CLXVI. PAVLVS *libro ſextodecimo ad Edictum.* 124

VBi non voce, [f] ſed præſentia opus eſt: mutus ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere. Idem in ſurdo. hic quidem & reſpondere poteſt. Furioſus [g] abſentis loco eſt: & ita Pomponius libro primo epiſtularum ſcribit.

CLXVII. GAIVS *libro quinto ad Edictum prouinciale.* 125

FAuorabiliores [h] rei potius quàm auctores habentur.†

CLXVIII. VLPIANVS *libro quintodecimo ad edictum.* 126

NEmo prædo [i] eſt, qui pretium numerauit. Locupletior non eſt factus, qui libertum [k] adquiſierit. Cum de lucro [l] duorũ quæratur, melior eſt cauſa poſſidentis.

CLXIX. PAVLVS *libro viceſimo ad Edictum.* 127

CVm prætor [m] in heredem dat actionem, quatenus ad eum peruenit: ſufficit ſi vel momento ad eum peruenit ex dolo defuncti.

Eadem in ſurdo dicas, vt ſubiicit: qui etiam poteſt loqui, niſi ſurd[9] à natura ſit: quia tũc etiam mut[9] eſt frequẽter per conſequens: vt C.qui teſtamẽ.fa.poſ.l. diſcretis.§.ſin autem.

g *Furioſus*. Si condicillos velit facere furioſus, non poteſt: quia abſentis & quieſcentis loco eſt: vt ſupra de iure codi. l. ij. §. penul. Item vbicunque exigitur alicuius præſentia: vt in ſtipu.& teſtamen. Sed contra ſupra de ꝓcura.l.ij.vbi non habetur loco abſentis. Sed dic vt poſſit ratam habere procurationem vt alius abſens. & ſic apparet quòd nec præſens eſt habẽdus, vt faciat quæ præſentes poſſunt facere, nec abſens. vt poſſit facere ea quæ poteſt facere abſens.

† Adde glo. in c.j vt eccleſ. benefi. & in. l. qui accuſare.C. de eden. Quod ego amplio, vt procedat tã in ciuilibus quàm ĩ criminalibus: vt per alle. glo. in. d. l. qui accuſare. & iurib[9] in ea alleg. Idem Ariſt. in Proble. ſecti.29. particula.15. de his quæ ad ſciuile pertinent.

h *Fauorabiliores*. Pone vt inſtit. de interdic. §. commodum. & ſupra de actio.& obliga. l. Arrianus. vbi in dubio abſoluitur reus. Item pone. C. de condic. ob tur.cau. l.cum te.&.l.mercalem. vbi in pari cauſa turpitudinis abſoluitur reus. Item pone in dilationibus quæ quandoque reo dantur, non actori: vt. C. de dila. l.ſi quando. & de tempo. in integ.reſtit.l. petendæ. Item pone vt ſupra de fer.l. fin. vbi plures dantur dilationes reo. Item pone ſupra de re iudi. l. inter pares. vbi diſcordantibus ordinariis valet pro reo: licet ſecus in delegatis: vbi neutrum tenet, donec delegatus confirmet alterum: vt ſupra de re iudi. l. duo iudices. Item pone vt ſupra de Carbo. edic. l. iij. §. quod ſi ille.

c *Libertas*. Pone vt.s̃.de manu.teſt.l.ſi ita ſcriptum fuerit. Item vt eo.ti.l.ſi ita fuerit libertas. Itẽ vt.s̃.de re iudi. l. inter pares. Itẽ in ſeruo dotali, qui poteſt manumitti: vt.C.de ſer.pig. da. ma.l.j.licet aliæ res dotales nõ poſſint alienari. Sed fallit hæc regula: quia licet per vniuerſalem fideicommiſſarium poteſt heres cogi adire, non tamen propter libertatem: vt.s̃.ad Trebel.l.ſi patroni. §. ſed & ſi ſine. Item fallit ſupra de lega. j. l. ſi ſeruo legato §.ſi ſeruus legatus. Item fallit ſupra de manumiſ. teſta. l. cum ex pluribus.& de lega.j.l.ſi quis à filio.§.ſi quis plures. Item fallit. s̃. de manumiſ.teſta.l.libertas.in prin.&.C.de here.inſti.l.extraneum.& facit.s̃.eo.l.quotiens dubia. C

d *Nemo alieno*. Nullus in rebus alienis adminiſtrãdis, vel cauſis agendis ex.l.accipit poteſtatem, niſi domini conſenſus acceſſerit: vt.s̃.de nego.geſt.l.ſi pupilli.§. fi. &.C.de dona.l.ſi filius.&.de procu.l.exigendi.Fallit in cauſa liberali, vbi pro inuito alius litigat: vt ſupra de libera.cau.l.j.ij.&.iij. Item fallit ſupra de appellatio.l.non tantum.Item fallit in tu.& cu. legitimis, qui tenentur etiã ſe immiſcere: vt.s̃.de legiti.tu.l.legitimos.& de admi.tu.l.j.in prin.&.l.quidam.§.ex quo.idem poteſt dici in dato à iudice: vt.C.in qui.cau.tu.ha.l.licet. Item in patre: vt. C. de bo. ma.l.j.

e *Temporaria*. cum conſuetudo ſit prouinciæ vt proconſul ingrediatur per certam partem: licet ſemel aut bis nõ ſeruetur, non ideo mutatur. vt ſupra de offi.procon.l.obſeruare. §. hoc etiam. idem in qualibet alia conſuetudine, vt nõ tollatur, licet ſemel in contrarium populus vtatur: & hoc ſi iam corroborata eſt: niſi contraria conſuetudo præſcribatur, vel inducatur: vt inſti. de iure natu.§.penulti.interim tamen ante præſcriptam poteſt interrumpi, etiam ſi ſemel in contrarium populus vtatur ex certa ſcientia.

f *Vbi non voce*. Pone in venditione, & ſimilibus: vt ſupra de act. & obliga.l.in quibuſcũq;.in ſtipulatione ſecus: cum ibi verba ſint neceſſaria: vt ſupra de verbo. obliga.l.j. in prĩ. ſed hic caſus non placet Io.quia in cõtractibus talibus non eſt opus præſentia, vt ſupra de actio.& obliga.l.conſenſu.& ſupra de cõtrahen.emp.l.j.§.fin.pone ergo ſecũdũ eum in tutore cuius præſentia opus eſt vt pupillus obligetur: vt inſtitu. de auct. tuto. §. pen.non tamen exigitur vt loquatur tutor. ergo mutus cum intellectum habeat, poteſt eſſe tutor. licet enim inuitus non poſ-

i *Nemo prædo*. Regulariter ille tenetur petit. heredit. directa, qui poſsidet pro herede, vel pro poſſeſſore, id eſt prædo: vt ſupra de peti.here.l.regulariter. Pone ergo quòd emi ſciens alienam hereditatem. nunquid ſum prædo, vt tenear directa; Reſpon. non: quia tit.habeo: licet tenear vtili: vt ſupra de peti. here. l. etiam. §. ſi quis ſciens. hoc verum eſt, niſi mea auctoritate inuadam: vt ſupra de acquir.poſſ. l. ſi ex ſtipulatione. vel niſi ſit res mobilis. in qua committatur furtum: vt inſtitut. de vſuca. §. vnde vi. Item non ſum prædo vt tenear de percipiẽdis fructibus, ſed de perceptis ſic: vt. C.de rei vin. l. ſi fundum.at ſum prædo quo ad vſuca.vt.s̃.de vſuca.l.non ſolum.§.j. D

k *Liberum*. aliàs eſt libertum.& tũc pone. conueni tecũ, vt ſeruum tuum filiũ meum naturalem manumitteres: ego filium tuum ſeruum meum manumiſi.tunc nõ ago præſcript. verb. ad intereſſe, nec deducitur aliquid per hoc quòd habeo libertum: vt ſupra de præſcript. verb.l. naturalis. in princ. &.§.fina. Sed contra. s̃. de act. emp. l. idèmque. in fin. vbi liberta cõputatur pro intereſſe. Solu. ibi manumiſi, vt tuæ propriæ ſatisfacerem volũtati: hic vt meæ & tuæ propriæ. Aliàs eſt liberum: & tũc dic, quòd non eſt quis locupletior per filios, ſed ſola pecunia: cũ nõ ſint in bonis noſtris liberi noſtri legitimi vel naturales: vt ſupra de rei vin.l.j.§.j.

l *Cum de lucro*. Pone vt.s̃.eo.l.nemo. & facit.j̃.eo.l. in pari.&.l. cum par. in prin. &. s̃. eo. l. fauorabiliores. Acc.

m *Cum prætor*. Pone vt ſupra quod me.cau. l. quod dixim[9]. §. fi. &. l. videamus. Sed fallit in omnibus in quibus quis tenetur ita demum ſi locupletior eſt tempore litis cõteſta. vt. s̃. de peti.here.l.ſi à patre.§.quo tempore.&. s̃. de ſolu.l.in pupillo.& de dona. inter virum & vxo.l.ſi ſponſus. §.fi.&.l.ſeq. Item facit ſupra de dolo.l.in heredem.

a IN *pari cauſa.* Pone caſum vt.s̃.de verbo.obliga.l.ſi ſeruũ Stichum.§.ſequitur.Item vt not.s̃.eo.l.fauorabiliores.&.l. nema.Item vt.s̃.de Publicia.l.ſiue.§.ſi duobus.

b *Hi qui.* pone vt ſupra eo.l. prætor.& facit ſupra de condic. fur.l.ſi pro fure.§.fin.Accurſius.

CLXX IDEM *libro nonodecimo ad Edictum.* 128

IN pari cauſa[a] poſſeſſor potior haberi debet. Hi qui[b] in vniuerſum ius ſuccedunt, heredis loco habentur.

CLXXI. IDEM *libro vicenſimoprimo ad Edictum.* 129

NIhil dolo creditor[c] facit, qui ſuum recipit. Cum principalis[d] cauſa non cõſiſtit: ne ea quidem quæ ſequuntur, locum habent.

CLXXII. VLPIANVS *libro octauodecimo ad edictum.* 130

NVmquã[e] actiones, præſertim pœnales, de eadem re concurrentes, alia aliã conſumit.

CLXXIII. PAVLVS *libro viceſimoſecundo ad Edictum.* 131

QVi dolo[f] deſierit poſſidere, pro poſſidente damnatur. quia pro poſſeſſore dolus eſt.

CLXXIIII. GAIVS *libro ſeptimo ad Edictum Prouinciale.* 132

IMperitia[g] culpæ adnumeratur.

CLXXV. IDEM *libro octauo ad Edictum Prouinciale.* 133

MElior[h] conditio noſtra per ſeruos fieri poteſt: deterior fieri non poteſt.

c N*ihil dolo creditor.* Qui ſibi debitũ exigit à debitore ſoluẽte in fraudẽ aliorũ creditorũ, nõ tenetur Pauliana nec ẽm dolo malo facere videtur, qui vigilat ad ſuũ ius cõſequẽdum.hoc autẽ verũ eſt cum exigit antequã bona poſſideãtur à creditoribus.ſecus ſi poſtea:vt.s̃.quę in frau.credi.l.qui autem.§. apud. &.§.ſciendum. &.l.pupillus.Acc.

d *Cum principalis.*dic vt s̃.eo.l.cum principalis. Sed arg. contra. C. de prædi.min.l. & ſi is.

Pœnalis actio an vna aliam tollat.

e N*vnquam.* Si aliquis teneat canem vel vrſum ea parte qua vulgo iter ſit, & alicui dãnũ detur:in duplum tenetur ex edicto ædiliũ.Item tenetur vtili de pauperie. vna ergo aliam nõ tollit quo ad natiuitatẽ, nec quo ad vitã: quia ambæ viuunt & cõpetũt:vt hic, & inſtit. ſi qua. paupe. fe.dica.§.pe.&.§.fi. ſed per exceptionẽ vna per aliam tollitur, niſi in id quod excedit, cum ſint ex eodẽ facto: vt. s̃. de act.& ob.l.qui ſeruũ.in prin.ſecus ſi ex diuerſis factis:quia tũc vna nõ tollit aliã:vt.s̃.de pri.deli.l.nunquã.& diſtingue pleni⁹, quia quãdo cõpetũt plures pœnales: aut ex vno facto: & tũc vna aliã tollit: niſi ĩ id quod excedit. aut ex diuerſis: & tunc nullo modo vna aliã tollit: vt dictũ eſt. ſi autẽ ambæ rei perſecutoriæ:& tũc vna aliã tollit:vt &.s̃.loc.l.ſi merces.§.culpę. ſed vbi vna perſecutoria, altera pœnalis:nõ tollitur vna per alterã:vt.s̃.de fur.l.ſi pignore.§.cum furti. niſi in caſu:vt. s̃. nau. cau. ſtab.l.idẽ.§. fi. ſed ibi vna de iure cõmuni, & altera extraordinaria:vt ibi no. Ol. & in alio forte: vt. s̃. de fur. l. ſi is cui.ſi vero ab initio nõ eſt pœnalis.tũc vna per alterã tollitur: vt. s̃. qđ me.cau. l.metũ.§.licet.&.l.ſi cũ exceptiõe.vbicũque dixi vnam per aliam tolli,intellige perceptione,nõ natiuitate & cõteſtatione:vt. s̃.de cõſti.pec.l.itẽ illo.§.vet⁹.& de his qui deie.vel effu. l. perceptione.niſi in caſibus in quibus licet natiuitate concurrant, tamẽ ſola electione tollũtur:vt.s̃.de tribu.l. quod in heredem.§.eligere. &.C.de fur.l.j.& facit.s̃.de act.& obli.l.nunquam.Acc.

f Q*Vi dolo.*Pone in cõuento rei vin. vt.s̃.de rei vin. l. fin autem. §. ſed & is.Item in pet.her.vt.s̃.de pe.here.l.ſed & ſi §.perinde inquit. Item noxalibus:vt ſupra de noxa.ſi bonæ fidei. Item.s̃.ne quid in loco pub.l.ij.§. hoc interdictum locum habet aduerſus &c.& dicas his caſibus dari vtilẽ, non directã: vt. s̃. de noxa.l.electio.§.ſi is quẽ.dolus enim deſinentis poſſidere, alteri non debet nocere:vt dicta.l.electio.§.fin.& facit.j̃.eo.l.parem.

g I*Mperitia.* Pone in medico: vt inſt. ad.l.Aquil.§.imperitia.& s̃.de offi.præſi.l.illicitas.§.ſicuti.Itẽ in iudice: vt. s̃. de variis cog.l.ſi iudex.Itẽ in quolibet artifice:vt.s̃ lo. l.ſi quis fundum.§. Celſus.&.l.itẽ quæritur.§.ſi gemma.excepto menſore:vt ſupra ſi men.fal.mo.di.l.j.§.hæc actio.

h M*Elior.* ſtipulatione quærit domino ſeru⁹ etiã inuito:vt.s̃. de verbo.ob.l.ſeruus vetãte. nõ autem pacto remittit:vt C.de pac.l.ſeruus.Item nec mãdando ſe vendi:vt.s̃.manda.l.ſeruus meus.Item nec vendẽdo aliquid:vt.s̃.de pol.l. ſi quis rem.§. voto.nec ſeipſum hodie niſi domino ſciãte:vt.C.de epi. & cle. l. iubemus.§.ſeruos.& in auth.ſi ſeru⁹.Sed fallit in contractu: vbi etiã inuitũ dominum obligat de peculio:vt.s̃. de pecul. l. ſi quis ſeruum.§.etiã.Itẽ delinquendo grauat dominũ,ſaltẽ in noxa: vt ſupra de vi & vi ar.l.j.§. quod igitur adiicitur. Itẽ fallit in quærendis:vt.C.de acquir.poſ.l.fi.& de here.inſti.l.iij.in fin.

i N*On fraudantur.*Pone vt.s̃.quæ in frau.credi.l.qui autẽ.Item vt.s̃.pro ſoc.l. nemo.in caſibus tamen tenetur & qui non quærit: vt.s̃.ſolu.ma.l.ſeru⁹ dotalis. &.l.ſi vero.§.quod adiicitur. & s̃.de peti. here. l. ſed & ſi lege.§. perĩde inquit. & de her.ven.l.ij. §. nõ tantũ.&.s̃.ſi quis omiſ. cau.teſta.l.j.§. pen.

CLXXVI. VLPIANVS *libro viceſimoprimo ad Edictum.* 134

NOn fraudantur[i] creditores, cum quid non adquiritur à debitore:ſed cum quid de bonis deminuitur. Nemo[k] ex ſuo delicto meliorem ſuam conditionẽ facere poteſt.

CLXXVII. IDEM *libro viceſimotertio ad Edictum.* 135

EA quæ[l] dari impoſſibilia ſũt, vel quæ in rerum natura non ſunt, pro non adiectis habentur.

CLXXVIII. PAVLVS *libro octauodecimo ad Edictum.* 136

BOna[m] fides tantumdem poſſidenti præſtat, quantum veritas, quotiens lex impedimento non eſt.

CLXXIX. VLPIANVS *libro viceſimoquinto ad Edictum.* 137

QVi auctore[n] iudice comparauit, bonæ fidei poſſeſſor eſt.

CLXXX. PAVLVS *libro viceſimoſeptimo ad Edictum.* 138

OMnis hereditas[o] quamuis poſtea adeatur: tamen cum tempore mortis continuatur.

Nũquam[p] creſcit ex poſtfacto præteriti delicti æſtimatio.

k *Nemo.*pone vt. s̃. de don. inter vi. & vxo. l. iij.§.j.vbi nõ eſt melioris conditionis qui donat illicitæ vxori, q̃ ille qui donat licitæ.Itẽ pone.C.de tranſac.l. trãſactione.Item.C.de ſer. pig.da.manu.l.ſi creditoribus. Item qui fecit furtũ non agit furti: vt s̃.depoſiti.l.ſi prędo.& de fur.l.eum qui.§.j.Itẽ delinquentes cõſtat deteriorare conditionem ſuã,quia patiuntur pœnas corporũ & rerum. Itẽ pone.s̃.qui. ex cau. ma.l.ſed& ſi per p̃torẽ. §.actio ex empto.Item s̃.de dolo. l. j. in princ. Item pone vt.s̃.de fideiu.l.ſi Titius & Seia.

l E*A quæ.* Dic vt ſupra eo.l. impoſſibiliũ.&.l.vbi repugnãtia.§. qui rerũ. & quod ſubiicit, non ſunt, ſub. nec eſſe poſſunt: vt hippocẽtaurus: vt inſtit.de inuti.ſtipu.in prin. ſec⁹ ſi eſſe poſſint: vt ſupra de verbo.obliga.l.interdum.in princip.

m B*ona.* Si fundũ alienũ bona fide poſſideo:fructus etiã ex alieno ſemine à me perceptos meos facio propter bonã fidẽ,ac ſi in veritate eſſem dominus:vt. s̃. de vſur.l.qui ſcit.§.j.niſi lex reſiſtat:vt quia eſſent naturales:vt eo.ti.de vſur.l.fructus. Vel pone,ſoluiſti mihi Stichũ qui erat alien⁹, cũ ego putarẽ eſſe tuũ, & mihi à te debitũ.ita vſucapiã,ac ſi in veritate deberes:vt.s̃. pro ſo. l.ſi exiſtimãs. & pro ſuo.l.hominem. niſi lex reſiſtat, puta actioni,quia ſit furtiuus:vt inſtitu.de vſucap.§.furtiuæ.

n Q*Vi auctore.*Si auctore prætore emã rem legatã quæ venditur cauſa funeris,bona fide videor emere:& dominus efficior,etiam ſi ſciam legatam:vt.s̃.de relig.l. at ſi quis. §. ſi colonus.Item ſi deceptus eſſem à falſo tutore auctoritate iudicis,bona fide videor emiſſe,& valet contractus:vt.s̃.quod fal.tuto.l.j. §.idem Põponius.& facit,quia vſucapiã etiã ſciens ſeruum alienũ quem duxi iuſſu prætoris:vt.s̃.de noxa. l. & generaliter. in finã iuſte poſſidet &c.vt.s̃.de acquiren.poſſeſ.l.iuſte.& facit. s̃. de mino.l.minor vigintiquinque annis, ex aſpectu.& ſupra eo.l.nõ videtur.§.qui iuſſu.

o O*Mnis hereditas.*Hæc regula expoſita eſt.s̃.eo.l. omnia.

p *Numquam ex poſtfacto creſcit.*Si ſeruũ meum non mortifere vulneraſti,& poſtea per meã negligentiã deceſſerit, nõ teneris de occiſo: vt.s̃.ad leg. Aquil.l.qui occidit.§.fi.Itẽ.s̃.de fur. l.ei qui.& ſic nõ creſcit æſtimatio delicti.ĩ caſibus tamen creſcit: vt ſi dãnatus in opus publicum ad tẽpus,refugit,duplicatur pœna delicti:vt.s̃.de pœ.l.aut dãnum. §. quiſquis autẽ. Itẽ qui pretium accepit vt perſuaderet ſtuprũ cũ alio cõmittendum: delinquit,& huius delicti pœna creſcit perfecto flagitio:vt.s̃.de extraordi.cri.l.j.§.fi.Itẽ ſi aſſcripſi legatũ filio meo capto ab hoſtibus: eo reuerſo incido in pœnã ſenatuſcõ.Liboniani:vt.s̃.de fal.l.impuberẽ.§. j. Item qui nõ malo animo dedit medicamentũ ad cõcipiẽdũ:ex poſtfacto,ſi ea quæ accepit, deceſsit, acriter punitur. relegatur enim:vt.s̃.ad le.Corne.de ſica.l.eiuſdem.§.ſenat⁹.Item fallit hęc regula.s̃.de dã. infe.l. ſi finita. §.fi. &.ſeq. ſed hic delictum erat conſummatum.Item fallit ſupra de fur. l. inficiando.

ſed

ſed ibi ſequentis delicti fit æſtimatio, non præteriti. Accur.

a **O**Mnes actiones. Dic vt.s̃.eo.l.non ſolet.&.l.pœnalia.& facit. A ſupra de actio.& obli.l.omnes.

b *Non videtur*.res ſub condi.legata, non eſt perfectè heredis: & ſic non alienat etiam pendente condi.vt.C.cõmunia de lega.l.fi. §.ſed quia. Item pone: ſi tibi per metũ rem abſtuli.& alij vendo: fit mea,& ſic emptoris: vt s̃.quod me.cau.l.ſi mulier. §.ſi metũ.nõ tamẽ perfecte fit emptoris, cum poſſit ei auferri ꝑ actio.quod met.cau.& ideo.nõ vſucapit: vt.s̃. qđ met. cau. l. ſi vi vel metu.ſic &.s̃. de cap.l. in bello. §. ſi quis ſeruum. Item pone vt.s̃. de ſolu.l.cũ quis §.qui hominem.& facit. j̃. e. l.plerumque.

† Adde. Limitabis hãc l.per ea quæ notaui in l. 1. §. tutores. in apoſt. in verſi.abſens cauſa reipu. ſuper glo in verbo tamdiu.s̃.quando appel.ſit, & intra qua tempora.

c **A** *Bſentia*. Tam abſens contra præſentẽ, quàm præſens cõtra abſentem reſtituũtur: vt hic, &.s̃. ex qui. cau.ma.l.j. &.l. videlicet.

### CLXXXI. Gaivs *libro ad Edictum prætoris vrbani.* 139

**O**Mnes actiones [a] quæ morte aut tempore pereunt, ſemel incluſæ iudicio ſaluæ permanent. Non videtur [b] perfectè cuiuſque id eſſe, quod ex caſu auferri poteſt.

### CLXXXII. Vlpianvs *libro quinquageſimoſexto ad Edictum.* 140

**A**Bſentia [c] eius qui reipublicæ cauſa † abeſt: neque ei neque alij damnoſa eſſe debet.

### CLXXXIII. Pavlvs *libro quinquageſimoquarto ad Edictum.* 141

B **Q**Vod cõtra [d] rationem iuris receptum eſt, non eſt producendum ad conſequentia. Vni duo [e] pro ſolido heredes eſſe non poſſunt.

d **Q** *Vod cõtra*. Si quid mihi facere vel dare debes, poſſum delegare, vt alij loco meo facias, vel des. ſed hoc fallit ſi debeas mihi hereditatem per fideicom. vt ſupra de iur.do.l.ſi mulier.§.ex aſſe. quod non debet trahi ad conſequentiam, aliàs non valet delegatio. Item licet ſuccurratur mulieri fideiubenti per Vel. non ideo iuuantur omnes qui pro alio fideiubent: vt.s̃.eo.l.quæ propter. & dic vt.s̃.de leg.& ſenatuſcon. l. quod vero.& l.his.

e *Vni duo*. duo heredes inſtituti ſuccedũt in vniuerſum ius patri: vt.s̃.eo.l.hereditas.nõ tamen pro ſolido: vt nec duo poſſunt eſſe domini in ſolidum: vt ſupra de caſtren.pec.l.hereditate.§.pater. Sed nonne inſtitutus qui reſtituit per Treb.remanet heres: & ille cui reſtituitur, eſt loco heredis effectu: & ſi ambo in ſolidũ: vt inſti.de fideicõ here.§.reſtituta? Reſpon.directo & cum effectu non poſſunt.inſtitutus enim non eſt cum effectu, fideicom. non eſt directo. Item op.cum heres heredis teſtatoris eſt heres: vt.C.de vſur.l.antiquitas.ergo vnus etiam infinitos habet heredes? Reſpon.diuerſis temporibus non vno eſſe incipiunt.

f **Q** *Vi tacet*. Tacere quidem medium eſt inter expreſſam voluntatem, & cõtradictionem expreſſam, vt non ſit idem ius quod in alterutro eſt eorum: & pone exemplum in tributoria.nam ſi contrahat ſeruus domino cõtradicente, tenetur de peculio tantum: & deducitur quicquid domino debetur: vt.s̃.de pecu.l.ſi quis ſeruũ.§.etiam.econtra ſi eo expreſſim volente, tenetur in ſolidum quod iuſſu: vt.s̃.quod iuſſu. l. j. vbi autẽ ſcit & tacet: tenetur tribu.vt hic, &.s̃.de tribu.l.j.§. ſcientiam. & de exerci.l.j.§.ſi is. Sed fallit hæc regula: quia quandoque tacere eſt pro expreſſa contradictione: vt in procu. vt. s̃. de procu. l.filius.§.inuitus.& in ſerui.vt.s̃. de ſerui. vrb. prædi. l. inuitum. Item in furto eſt: vt.s̃.de fur.l.per quas.§.que ex voluntate. Item in patrono: vt.s̃.de rit.nup.l.in eo iure.§. demum. Item in inſtitutione heredum: quia expreſſe debet teſtator dicere nomẽ heredis: vt.C.de teſta.l.iubemus. Item in interrogationibus in iure: vt.s̃.de interro.ac.l.de ætate: §. qui tacuit. Et ſic fallit ſecunda pars huius. l. & econtra tacere habetur pro conſenſu expreſſo quãdoq;: & ſic fallit prima: vt ſupra ſol.mat.l.ij.§.volũtate. &. s̃. de lib.ag.l.j.§.pœna.&.s̃.loca.l.item quæritur.§.qui impleto. Itẽ vbicũque tacitum pactum à.l.inducitur: vt ſupra de pac.l. qui in futurum.& ad hoc concurrunt duo generalia: patientia habetur pro cõſenſu: [a] item econtra. Itẽ facit ſupra de excep.l.nõ vtique.

a] Adde qđ no. in l.2. in apoſt. in ver. qui tacet. poſita ſuper glo. in ver. nõ cõtradixit ſupra ad municip.

g **Q** *Vod ipſis*. Quod nõ potuit vſucapere defunctus, quia erat furtiua res quam emit: nec ſucceſſor eius poterit vniuerſalis, vel ſingularis: vt. C.de acqui.poſ. l. vitia. & vt plene videas, dic vitia alia vere realia. vt furtiua, & vi poſſeſſa violentia ablatiua vt inſti.de vſuc §.furtiuæ.non compulſiua: vt.C.quod met. cau.l.ſi vi. Item res data iudici ſeu præſidi contra. l. Iul. repe.vt ſupra ad.l.Iul.repe.l.pe.alia quaſi realia: vt liber homo: vt inſtit.de vſuca.§.ſed aliquando. Item fiſcalis: vt ſupra de vſuc. l.vbi.§.interdum. Item pupillaris: vt ſupra de acqui. rerum do. l. bonæ fidei. alia perſonalia: vt dolus dans cauſam negotio, vel incidens ex propoſito. Item mala fides quando credidit vẽditorem non habere ius vendẽdi: vt.C.de præſcrip.long.temp.l. ſi fraude. Item ſcientia rei alienæ: vt. in commodatario, depoſitario, & creditore. Quid autem de precaria & clandeſtina? Rñ. dicit vitia rei.& pro eo.s̃.de acqui.poſ.l.Pomponius. §.cũ quis. quod non placet: quia precaria iuſta poſſeſſio eſt: quia cũ domini voluntate: vt.s̃.communi diui.l. communi diuidundo.§. inter prædones. Item ſubtiliter reſpicienti, licet poſſeſſio dicatur clandeſtina, nõ tamen dicitur clandeſtina res: vt.s̃. de acqui. poſ.l.clam. de litigioſa conſtat ꝙ non eſt vitioſa: vt. C. de præſcri. lon.temp.l.j. Item ſucceſſorum alij in ius vniuerſum, vt heredes, & ſimiles: vt.s̃.de here. inſtit.l.quotiens. §. heredes. Alij in rẽ: vt emptor, & ſimiles: vt.s̃. de excep.rei iudi.l.fi. &.s̃. quo.leg.l.j §. illud. His peroratis, dic quòd vitia realia durant in perſona vniuerſalis ſucceſſoris, vt hic: & ſingularis vt inſti.de vſuca. §.furtiuæ. & hoc quo ad vſuca.non quo ad fructus: vt.s̃.de acqui.re. do.l.bonę fidei.§. pen.ſed in vitijs perſonalibus diſtinguitur ſingularis ſucceſſor ab vniuerſali. nã ſi eſt ſingularis, nõ impeditur præſcribere iure veteri incipiendo à ſe: vt ſupra de diuer. temp. præ. l. an vitium. in prin.hodie ſecus: vt ĩ auth.vt ſpõſa.larg.§.turſus. porro quantum ad agendũ.impeditur: quia de dolo defuncti excipitur, ſi eſt cauſa lucratiua, vt in donato & legato: & quaſi lucratiua, vt in ſeruo noxę dedito. Itẽ ſecũdũ Io. in eo cui res magni pretij modico diſtracta eſt: vt.s̃.de excep.do.l.apud. §. ſi quis autem. &.§. C de auctoris. &.de excep.l.ſi rem legatam. aliàs ſi nõ eſt lucratiua, non excipitur.niſi vtatur acceſſione ſui auctoris: vt. d. l. apud.§. de auctoris.vel niſi ſit res reuerſura ad doloſum, puta mulier dolo induxit aliquem ad promittendam dotem viro. ſi maritus petat ab eo, repellitur eo quòd res ad doloſam mulierem reuertetur: vt.d.l.apud.§ Iulianus.& l.purè.§.pe.& ad idẽ.l.apud Celſum.§.ſi quis autẽ. in fi. Sin autẽ eſt vniuerſalis ſucceſſor: ſi quidẽ eſt extraneus, nocet ei mala fides defuncti, niſi velit ex ſe incipere, ſecundum M. vt. C. de præſcript. lon. temp.l.j.ſed Io. & Azo dicunt indiſtinctè nocere: vt. C. communia de ſucceſ.l.fi.& ſupra de diuer. tem. præſcri. l. cum heres. & hoc in extraneo herede.in ſuo cõſtat (ſecundum omnes) quòd nocet, cũ ſit eadem perſona: vt.s̃.de libe.& poſt.l.in ſuis.& facit.s̃.eo.l.in his.

* Vnde Cic. in Catilinã, Qui [ex]pectas, inquit, loquentium auctoritatẽ, quorũ voluntatem tacitorũ perſpicis?

† Iuxta hoc eſt illud Ciceronis pro Corn. Balbo. Eſt enim aliquid quod non oporteat etiam ſi licet. quidquid verò nõ licet, certe non oportet.

### CLXXXIIII. Idem *libro quinquageſimoſexto ad Edictum.* 142

**Q**Vi tacet, [f] non vtique fatetur: * ſed tamen verum eſt eum non negare.

### CLXXXV. Vlpianvs *libro ſexageſimoſecundo ad Edictum.* 143

**Q**Vod ipſis [g] qui contraxerunt, obſtat: & ſucceſſoribus eorum obſtabit.

### CLXXXVI. Pavlvs *libro ſexageſimoſecundo ad Edictum.* 144

**N**On omne [h] quod licet, honeſtum eſt. † In ſtipulationibus [i] id tempus ſpectatur, quo contrahimus.

### CLXXXVII. Vlpianvs *libro ſexageſimoſexto ad Edictum.* 145

**N**Emo videtur [k] fraudare eos qui ſciunt, & conſentiunt.

h **N** *On omne*. Dic vt.s̃.e.l.ſemper in conuentionibus.

i *In ſtipulationibus*. quantum ad acquiſitionem obtinet quod hic dicitur: vt ſupra de verbo.obl.l.ſi filius. & ſupra de ſtipu.ſer.l.vſusfructus.niſi in caſibus: vt ſupra de verbo. obl.l. quidam cum.§.fi.& ſupra manda.l. ſi vero nõ remunerandi. §. ſi filioſa.& ſupra de here.inſtitu.l.quidam. non quantum ad hoc vt valeat vel non. nam rem meam ſtipulor ſub condit. ſi mea eſſe D deſierit: & valet non inſpecto principio: vt ſupra de verbo. obli. l.ſi rem meam.niſi in ſacra & religioſa, & libero homine: vbi nõ valet, ſi ſub conditione ſi ſacra eſſe deſierit, ſtipuler: vt ſupra de verbo.obliga.l. inter ſtipulantem.§.ſed hæc diſsimilia ſunt. Sed quid in legatis? Reſpon.econtra quantum ad acquiſitionem: vt non dies quo legatur, ſed quo dies legati cedit, ſpectetur: vt ſupra quando dies leg.ce.l.ſi vſusfru.§.finali.& ſupra eodem.l.quæ legata. Item quantum ad valetudinem econtra: vt præſens tempus aditæ hereditatis ſpectetur: vt. s̃. communia prædio. l. receptum eſt in fine, ibi, idemque &c.niſi in caſibus: vt.s̃.de lega. j. l. cætera.§.ſi ſub conditione. Accurſius.

k **N** *Emo videtur*. Pone quòd emi à debitore alienãte in fraudem credi. ſed eis conſentiantibus. non teneor Pauliana: vt ſupra quæ in frau. credi. l. qui autem. §. præterea. Item pone ſupra de act.empt. l. j. in fin. & de ædil. edic.l.j. §. ſi intelligatur.& l.ſi tam.§.ei.&.§.in ædilitiis. &. C. de tranſac. l. de fideicommiſſo. &. l. cum donationis. & de reſcin. ven. l. venditor.& ſupra depoſi.l.j.§.eleganter.& ſupra quod fal.tu. auct. l. j. §.fina. Item quod dicit ſciuit, ſcilicet tempore contractus: ſecus

ſi tunc ignorauit, & poſtea ſciuit: quia non decreſcit obligatio: vt ſupra de ædil.edic.l.iuſtiſſimè.§.fin.

CLXXXVIII. PAVLVS *libro ſexageſimoſecundo ad Edictum.* 146

QVod quis[a] dum ſeruus eſt egit, proficere libero facto non poteſt.

CLXXXIX. GAIVS *libro viceſimoquarto ad Edictum prouinciale.* 147

SEmper[b] ſpecialia generalibus inſunt.

CXC. PAVLVS *libro ſextodecimo breuis Edicti.* 148

CVius effectus[c] omnibus prodeſt, eius & partes ad omnes pertinent.

CXCI. VLPIANVS *libro ſexageſimoſeptimo ad Edictum.* 149

EX qua[d] perſona quis lucrum capit, eius factum præſtare debet.

CXCII. IDEM *libro ſexagenſimooctauo ad edictum.* 150

PArem[e] eſſe conditionẽ oportet eius qui quid poſſideat vel habeat: atque eius cuius dolo malo factum ſit quo minus poſſideret vel haberet.

CXCIII. PAVLVS *libro ſexagenſimoquarto ad Edictum.* 151

NEmo damnum[f] facit, niſi qui id fecit quod fecere ius non habet.

CLCIIII. VLPIANVS *libro ſexagenſimo ad Edictum.* 152

HOc iure[g] vtimur, vt quicquid omnino per vim fiat: aut in vis publicæ, aut in vis priuatæ crimen incidat.

Deiicit[h] & qui mandat. In maleficio ratihabitio mandato comparatur.† In contractibus[i] quibus doli præſtatio vel bona
B fides ineſt, heres in ſolidum tenetur.

CXCV. PAVLVS *libro ſexagenſimoquinto ad Edictum.* 153

FEre[k] quibuſcunque modis obligamur, hiſdem in contrarium actis liberamur: quum quibus modis adquirimus, hiſdem in contrarium actis amittimus. Vt igitur nulla poſſeſſio adquiri niſi animo & corpore poteſt: ita nulla amittitur, niſi in qua vtrumque in contrarium actum.

Seruo libero facto, an proſit contractus tempore ſeruitutis factus.

a QVod quis. Si ſeruus contraxit tempore ſeruitutis: non prodeſt ei facto libero: vt hic. Sed fallit in tribus caſibus: vt ſupra de excep. rei iudi.l.j.§. ſi ſeruus.& ſupra de pac. l. iuriſgentium. §. ſed & ſi quis. &.§.retulimus.& ſupra de iure do.l.ſi ſerua ſeruo. & contra non nocet: vt. C.an ſer. ex ſuo facto.l.ij. Sed fallit in multis primo quia quandoque tenetur de dolo: vt ſupra de dolo.& eleganter. §. ſeruus pactionis. Secundo ſupra de fideicom.l. ſi purè. Tertio ſupra de lib.leg.l.Aurelius.§.Sticho. Quarto.C. an ſeruus ex ſuo fac. l. promiſſæ. Quinto ſupra de nego.geſt. l. eũ actum. &.l.fina.§.Scæuola.ſcilicet quando eſt connexa adminiſtratio. Itẽ ſexto ſupra depoſi. l. ſi apud filium. ſed ibi ex poſteriore detentione. Septimo in maleficiis: vt inſtit.de noxa.§.omnes. Octauo ſupra de dote prælegat.l.ij.§.per contrarium.

b SEmper. Pone vt no. s̃.e.l.in toto.& facit pro P. quòd exceptiones ſunt de regula. tu.contra.s̃.eo.l.j.

c CVius effectus. Emolumentum fundi pecuniarium, & cæterarum rerũ prodeſt ei qui in fundo dominium habet. Si igitur ipſe deceſſit pluribus heredibus relictis: partes eius emolumenti pertinent ad vniuerſos heredes, id eſt ad ſingulos pro ea parte qua ſunt heredes. & ita ſecundum B.q.d. vtilitas fundi, quæ eſt effectus dominij, prodeſt omnibus heredibus. ergo & dominium pertinet ad omnes. loco ſumpto ab effectu. ſic. C.de ſum.tri.l. iij. ibi, igitur ſi clericus &c.& ſecundum hoc cuius.& eius, ad fundi dominium referuntur. aliter, ſecundum Io. ſi abſentes defenduntur, vel eorum negotia adminiſtrentur, quis eſt effectus? vtique hic, quia indefenſi non condemnabuntur: actores in poſ. non mittentur: & alij caſus ſimiles: vt ſupra de nego.geſt.l. j. effectus ergo iſte prodeſt omnibus, id eſt ad publicam vtilitatem: vt ſupra de procu. l. ſeruum.§.publicè.& partes eius effectus, ſcilicet ſi aliquorũ negotium geratur ſingulariter, vtputa Titij & Sempronij, pertinent etiam ad vniuerſos, id eſt vniuerſorum vtilitatem ſpectare videtur. vel pone vt inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. §. pe. quia expedit omnibus, id eſt reipub. ne quis re ſua male vtatur. & hoc principaliter: ſecundario autem hoc expedit ſingulis. Accurſius.

d EX qua. Pone in inſtitore: vt ſupra de inſti. l.j.in princ. Item ſupra ſi quis omiſ.cau.teſt.l.ſi non ſolus.in princ.item.s̃.de aqua plu.ar.l.ſi tertius §.fi. Sed fallit: quia quandoque ex alicuius perſona habemus lucrum. non damnum: vt.s̃.de neg.geſt.l.ſi negotia abſentis. Item ſi vnus ſolus ex ſociis admiſit ſocium: alij qui non admiſerunt, ſentiunt lucrum ex perſona illius qui eſt admiſſus per eum qui admiſit: non tamen ipſi cum aſſumpto communicant ſuum lucrum: vt.s̃.pro.ſoc.l.& quicquid.

e PArem. Dic.vt.s̃.eo.l.qui dolo.

f NEmo damnum. Pone in magiſtratu qui dedit damnum alicui contumaci: non tenetur: vt.s̃.de iniur.l.iniuriarum.§. is qui.&.§.ſe.& ſupra ad.l.Aquil.l.quemadmodum. §.ſi quid tamen. Item pone, ſi quis dedit damnum cum aliter ſe tueri nõ poſſet, non videtur dare damnum: vt.s̃.ad.l.Aquil.l.ſcientiam.§. qui cum aliter. vere tamen damnum dat. quia damnum à deminutione dicitur: vt.s̃.de dam.infe.l.iij. Item pone. C.ad.l.Iul.de adul.l. Gracchus.&.s̃.de verbo.ob.l.qui ſeruum.

g HOc iure. Vis alia publica, vt cum armis: alia priuata, vt ſine armis. de prima eſt pœna deportatio, & omnium bonorum amiſſio: de ſecunda, relegatio cum amiſſione tertiæ partis omnium bonorum: vt inſt.de interdi.§.qui ante. & de pub. iud. §.item lex Iulia.

A h Deiicit. pone vt ſupra de vi & vi ar.l.j.§.deieciſſe.&. §. quotiens. & .§ ſed cum quis. quod autem dicitur de ratihabitione intellige ita dictum eſſe, ſi meo nomine deiecerat, non aliàs: vt ſupra de neg.geſt.l.ſi pupilli.§. ſed & ſi ego. & de preca.l.ſi ſeruus. ſed an idem in cæteris delictis meo nomine commiſſis, vt poſſim ratum habere. & tenear? quidam non. & in hoc ſpeciale: quia poſſeſſio violenta ad me peruenit. ſed dicas idem in omnibus: quia lex generaliter dicit: vt ſupra de vi & vi ar.l.j.§. ſed & ſi quis in fin. ergo generaliter intelligenda eſt: vt ſupra de leg. præſtã. contra tabu.bo.poſſ. l. j.§.generaliter. quę modo per alium poſſunt fieri. ĩ adulterio autem ſecus. Item quod dicit, comparari mãdato: nõ tamen vt agatur mand. vt no. ſupra eod.l. ſemper. niſi ĩ caſu: vt ſupra quod iuſſu.l.j.§.ſi ratũ. vbi inducitur quod iuſſu. Item quod dicit, ratihabitio &. fallit in caſib⁹: vt no. ſupra de his qui not.infa.l. quid ergo.in prin.& facit.s̃.de iniur. l. non ſolum. in princip.& ſupra eo.l. is damnum.&.C.ad Mace.l.fin.

† Concor. tex in regula ratihabitionẽ. e. tit. lib.6.& in.c. poſt ceſſionẽ. per gloſ. cum ibi no. extra de cita.

C i In contractibus. In contractibus debet abeſſe dolus & bona fides adeſſe: vt.C.de actio.& obli. l. bonam fidem. ſed & hoc modo nõ ſufficit: imò venit culpa quandoque lata, quandoque leuis, quandoque leuiſſima: vt ſupra eo.l. cõtractus. ſi ergo defunctus fecerit contrà in aliquo de prædictis, tenetur heres, vt ipſe defunctus tenebatur etiam ex dolo defuncti, ex quo eſt commiſſus in contractu: licet ſecus ſi extra contractum, quando non tenetur niſi in quantum ad eum peruenit: vt ſupra depoſi. l. ſi hominem.§.datur.&.s̃.de actio.& oblig.l. ex depoſiti. ſed licet heres teneatur regulariter vt defunctus, fallit tamen in caſibus: vt cum dolus teſtatoris dedit cauſam cõtractui, & ad heredem doloſi non peruenit: vt inſtitu.de perpe. & temp. ac. §. aliquando. Item fallit in actione in factum, quæ datur contra menſorem: vt ſupra ſi men.fal.mo.di.l.iij. §. pe. in fi. Item in actione trib. vt.s̃. de trib.l.illud. §. penulti. in fine. Item in ac. ex ſtip. competente pro iudicio ſiſti, pro eo quòd quis conueniebatur in iure: vt ſupra ſi quis cau.l.ſi eum. §. qui iniuriarum. Item fallit ſi interueniat confuſio: vt quia creditor debitori ſucceſſit: vt. C. de here. ac.l.j. Item fallit ſupra quod fal. tuto. auct. l. huius actionis. §. j. Item in actione in factũ de calum. quæ & ipſa ex cõtractu naſci-
D tur, ſi dedi vt negotium mihi non fiat: vt ſupra de calum.l. in heredem. Item fallit ſupra depoſi.l. ex pollicitatione. item ſupra de precario.l.quæſitum.§.fi. Itẽ fallit ſupra de polli.l.j.§.j. vbi aliter tenetur heres quàm defunctus. Sed quid in quaſi contractibus? Reſpõ. ibi diuerſimode tenetur heres quàm defunctus: quia defunctus tenetur de dolo, lata culpa, & leui: vt.C.ar. tu. l. quicquid. at heres nõ niſi ex dolo vel lata culpa defuncti, niſi fuiſſet lis conteſtata contra defunctũ: vt.C.de her. tu.l. j. item in heredibus magiſtratus, qui non idoneè curauerunt caueri pupillo: vt C.de magiſtra.con.l. in heredem. & ſupra de magiſtra. conue.l. non ſimiliter.& fa.infra eo.l.ad ea.§.fin.

Heres an & qualiter ex defuncti cõtractibus teneatur.

k FEre. ex contractu quatuor modis obligamur, ſcilicet re, verbis, literis, & conſenſu. ſic & quatuor modis contrariis actis liberamur, ſcilicet reddendo rem depoſitam, acceptilatione, item literis in contrarium emiſſis ab eo in quem priores expoſitæ fuerint: item contrario conſenſu ab emptione re integra receditur: vt ſupra de ſol.l. prout quiſque. Sed quare dicit, fere? Reſpon. quia & delinquendo quis obligatur: non tamen contrario delicto liberatur. vel quia quandoque quis alio modo obligatur

gatur, vt ſtipulatione:& alio modo liberatur,vt ſolutione. Item hoc primũ de obligationibus perſonalibus probat,in inſtar corporalium:quæ vt adquirũtur animo & corpore, ita per contrarium amittũtur:vt.s̃.de adquir.poſ.l.quemadmodum. quod eſt verum vt duo ſint neceſſaria in amittendo, ſi incipias à corpore:ſecus ſi ab animo:vt ſupra de adquir. poſ. l. iij.§.in amittẽda. ſic.C. de iure delibe. potuit. & ſupra de rei vin.l. ſin autẽ.§.j.& facit infra.e. l.ad ea.§.vlt.& ſupra.e. l.nihil.

CXCVI. VLPIANVS *libro ſeptuageſimo ad Edictum.* 154

Cum par delictum a eſt duorum ſemper oneratur petitor & melior habetur poſſeſſoris cauſa:ſicut fit cum de dolo excipitur petitoris. neque enim datur talis replicatio petitori, *Aut ſi rei quoque in ea re dolo actum ſit.* Illi b debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit.

CXCVII. PAVLVS *libro ſexageſimoquinto ad Edictum.* 155

Factum c cuique ſuum, non aduerſario nocere debet. Non videtur d vim facere, qui iure ſuo vtitur,& ordinaria actione experitur. In pœnalibus e cauſis benignius interpretandum eſt.

CXCVIII. VLPIANVS *libro ſeptuageſimo ad Edictum.* 156

Inuitus f nemo rem cogitur defendere. Cui damus g actiones eidem & exceptionẽ cõpetere multo magis quis dixerit. Cum quis h in alij * locũ ſucceſſerit,non eſt æquum ei nocere hoc quod aduerſus eum nocuit,

* alicuius.

a *Cum par delictum.* Promiſiſti mihi pœnam, ſi iudicio tali die non ſiſteres.ego impediui te,& tu me. ſi agam ad pœnam, excipies quòd ego doloſe te exemi.nec ego poſſũ ſic replicare: immo recte ago ſiue nullum dolum commiſi, aut ſi rei vel cõuenti dolo ſimiliter ſit factum.nam hæc ſunt verba replicationis: vt ſupra de eo per quem fa.e.l.fi.§.ſed ſi ſtipulator. Vel pone quòd libertus vocauit patronum in ius ſine venia,& patronus fuit exemptus: ſicque amiſit actionem ſuam.ſi agit libertus contra eximentem,ille excipiet de dolo vocantis, nec vocans poterit replicare: vt. s̃. de eo per quem factũ er.l.j.&.l.fi.& ne quis eum qui in ius vo.l.j.in fi.&.l.ij.nec ob.in eo.tit. l. ſed eximẽdi. §. item ſi quis. &. l. ſi per alium.§.in eum.quia ibi deliquit calumniando,hic vocando. Itẽ pone. s̃. de contrahen. emp. l. domum.item.s̃. de condic.ob tur. cau.l.ſi ob turpem.ſicut ergo dolus dolo compenſatur, ſic culpa culpa:vt.s̃.de compẽ.l.ſi ambo.Non autẽ dolus cum culpa:quia dolus prægrauat:vt.s̃.ad.l.Aquil.l.itẽ ſi obſtetrix. §.fi. &.l. ſi putator.Item ſi vnus in lata culpa, alius in leui: præpõderat lata,cũ æquiparetur dolo:vt.s̃.ſi mẽ.fal.mo.di.l.j.§.lata plane. Sed quid ſi vnus fuerit in leui,alius in leuiſſima?Reſpon. cum vterque nõ ſit in pari cauſa:is qui minus deliquit, eſt in cauſa meliori: vt ſupra de verb.obl.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.& de dolo.l.ſi duo. & de excep.doli.l.apud.§.Marcellus.& facit ſupra e.l. nemo prædo. §. fin.&.s̃.ne quid in loco pu.l.ij.§.j.& ſo.ma.l.viro.

b *Illi.* ſi rem mihi ſurripias,eáque poſtea tibi ſurripiatur,tu non agis furti.ſed ego ago cõtra vtrũque: nec exacto vno alter liberatur,cũ ex diuerſis factis teneamini: vt ſupra de fur. l. qui re ſibi cõmodata.Hæc autẽ regula fallit in eo qui ſibi locatum veſtimentum poliendum, alij contra domini volũtatem cõmodauit. nam ſi cõmodatarius per furtum amiſerit: fullo qui cõmodauit, aget furti:licet in furti pœnam commodando inciderit: vt. s̃. de fur.l.qui vas.§.ſi ego. ſecus in inuaſore, qui agit interdicto, licet teneatur:vt.s̃. de vi & vi ar. l. j. §. qui vi à me. & eſt ratio: quia non niſi ad poſ. egit. hic vellet agere ad pœnam. Item pone in contractu: vtputa locaui tibi fundum in quinquennium,& promiſi tibi pœnam ſi te ante deiicerem.tu quoque mihi pœnam, ſi penſionem non ſolueris. ſi te non ſoluentem deiiciam, nõ cado in pœnam, quia tu incideras:vt.s̃.loca.l.quæro.§.inter.Item regulæ huic eſt contra.s̃.de eo per quem fa.e.l.fin.§.j.ſed ibi diuerſæ perſonæ ſunt quæ conueniuntur ad pœnam.

c *Factum.* Si cauſa mutandi iudicij rem quam poſſidebas, alienaueris:tibi, non alij hoc factum nocet. Nam ille in cuius fraudem alienatio facta eſt,te propter dolũ tuũ conuenire poterit:ſicque nocet tibi dolꝰ tuus:vt ſupra de ali.iudi.l.j.& te conuẽto & exacto,nihilo minꝰ tenetur qui poſſidet:vt ſupra de pet. here. l. nec vllam. §. fi. Item ſi ſocius omnium bonorum callidè in hoc renuntiauerit ſocietati, ſcilicet propter lucrum aliquod quod ſibi ſoli cupiebat habere, factũ ſuũ ſibi nocet: quia ſi alter ſocius cui renuntiatum eſt,aliquid quæſierit:renũtianti nõ communicabitur.renũtians autem, lucrũ propter quod renũtiauerit communicare tenebitur:vt inſtit. pro ſo.§.manet. & ſupra pro ſoc.l.actione.§.diximus.Item poteſt poni caſus.s̃. de eo per quẽ. fa.er.l.j.§.ſi rem dolo.ſi opponatur de tutore,qui tranſigere poteſt:vt.s̃.de fur.l.interdum.§.qui tutelam. ſicque nocet pupillo: Reſpon.hoc euenit,quia quaſi dominus eſt:vt.s̃.de admi. tut. l. tutor qui tutellam

d *Non videtur.* Si emptor de poſſeſſione fundi quem emit, fuerit expulſus:non ideo de euic.agit:vt.C.de ac.emp.l.fi.quia iniuria facta emptori, non cõtingit venditorem: vt ſupra de eui. l. ſi per imprudentiam. Quid igitur ſi eum propoſita rei vindicatione fuerit euicta,& manu militari ablata,nam & hoc poteſt fieri: vt.s̃.de rei vind.l.qui reſtituere?Reſpõ. non poterit prætendere venditor iniuriam emptori factam quo minus de euictione teneatur:iuſte enim euictus eſt:vt hic.vel pone in eo qui promiſit ſe non facturum vim alicui.nã ſi rei vindi.intendat, & manu militati auferat:non videtur vĩ facere vt ob hoc ex ſtipulatione teneatur: vt hic. Item poteſt opponi in creditore:vt C.de pig.l.iij.

e *In pœnalibus.* in delictis pro quibus pœna corporalis vel pecuniaria ſolet imponi, interpretamur in dubio nõ delictũ:vt.s̃. pro ſoc. l. merito.Itẽ ſi is cui furtum eſt factũ, deduxit furem ad præfectum vigilum:in dubio videtur pœnam furti remiſiſſe: vt ſupra de fur. l. interdum.§.qui furem.Item q adulterũ nocte occidit, minus punitur: quia nox & dolus minus interpretantur delinquere: vt. C. de adul. l. Gracchus. Item ſi duo iudices ordinarij,vnus de puniendo,alter de abſoluendo tulit ſententiam: interpretamur abſolutoriam magis valere: vt ſupra de re iudi.l.inter pares. Item ſi vnus iudex condemnauit accuſatum lege Iul. de vi,quia dixit, vim feciſti: de priuata intelligitur: quia in pœnis mitiores eſſe debemus. vt.s̃.de pœ.l. ſi præſes. &.l.pe. Item ſi tutor accuſatur de ſuſpecto:ſi remoueatur,præſumitur in dubio propter culpam non propter dolum remotus: vt ſupra de ſuſpe. tu.l.hæc enim. §. j. & ſic non eſt infamis: vt inſtit. de ſuſpe.tu.§. ſuſpecti.& facit.s̃.eo.l.ea quæ. §. in rem.

f *Inuitus.* Pone vt.C.de procu.l.inuitus.& diſtingue.cum quæritur an quis teneatur defendere aliũ:vel ad aliquid,quia nõ defendit:diſtingue:quia aut interuenit mãdatum,aut non.ſi non interuenit mãdatũ:aut præſtita eſt cautio de defenſione, aut nõ. ſi eſt præſtita:aut de defẽſione rei: quod eſt cũ promittitur iudi. ſol.aut de defenſione actoris. ſi de defenſione rei ab ipſo defenſore,non cogitur præciſè,ſed ſtipulatio cõmittitur:vt.s̃. de procu.l.inuitus.§.fi.&.l.ſeq.in prin.&.§.Sabinus. niſi iuſta cauſa interuenerit:vt ibi dicitur. Si autẽ præſtita eſt ab ipſo reo: aut volente defenſore,vel non ignorãte:& cogitur præciſè. aut nolente vel ignorante:& non cogitur, ſed ſtipulatio cõmittitur: vt. s̃. de procu.l.ſi defunctus.ſin autem à procuratore actoris eſt ſatiſdatũ de defendẽdo præciſè,cogitur:vt.s̃. de proc. l. ſed & hæ.§. defendere. ſin autem nulla eſt præſtita ab aliquo cautio, nemo cogitur defendere:vt hic, &. C. de proc.l. inuitus. in fi. &.s̃. de proc.l.filius fa.§.inuitus.&.l.inuitus.in fi. ſi vero mandatũ interuenit:eadẽ diſtinctio adhibẽda eſt quæ.s̃.dicta eſt:hoc addito,vt etiam ſi non fuerit ſatiſdatio præſtita,teneatur domino qui eum dedit:qui videtur mandaſſe de ſatiſdãdo:vt.s̃.de procu. l.ad rem &.l.ad legatum. vbicũque autẽ dixi quem teneri ad defenſionẽ, vel propter defenſionem: ibidem iuſta cauſa interueniente ad neutrum tenetur, ſcilicet nec defendere, nec ſtipulatio committitur, eo ſaluo, vt ſi res ſit tempore peritura, teneatur vſque ad lit.conteſt.vt.s̃.de procu.l.ſed etiam.

Defendere aliũ an quis teneatur.

g *Cui damus.* ei qui ad non modicum tempus conduxit ſolum alienum vt ſuperficiem imponat,datur vtilis rei vind.etiam contra dominum:multo magis ergo habet excep. ſi à domino cõueniatur:vt.s̃.de ſuperfi.l.j.§.quod ait prætor.Sed op.qui emit à nõ domino:nonne habet ac.pu.cõtra omnes præterquã contra dominum:nec tamen habet exce.cõtra dominum:vt.s̃.de pu. l. pe. & fi?Reſpon.hic dicit,quando cõtra aliquẽ habet ac. multo magis cõtra eundẽ habet exce.ſed pu. nõ habet cõtra dominum, & ſic nec excep.Hæc autem regula fallit.C.loca.l. ſi quis cõductionis.& in auth.de tri.& ſemiſ.§.illud quoque. Itẽ in omnibus iudiciis poſſeſſoriis:vt.s̃.quo.leg.l.j.in prin.vel diſtinguitur vtrum ille qui conuenitur, in prõptu habeat probationes ſui iuris,ſiue de poſſeſſione,ſiue de proprietate: & tũc nõ teneatur reſtituere. an non,& tunc tenetur reſtituere:arg.s̃.ad exhi.l.iij.§. ibidem. & s̃.ad treb.l.ille à quo,§.ſi de teſtamẽto.& vt in poſſ. le. l. a ſi is à quo.&.C.de compen.l.fin.&.s̃.de Car.edict.l.iij.§. cauſæ. quæ in poſſeſſorio loquitur. Hoc autem fallit in quodã poſſeſſorio, vbi etiam ſi velit incontinenti probare de ſuo iure,non auditur: vt in auth.de trien.& ſemiſ.§.illud.

h *Cum quis.* Pone vt ſupra de itine. actúque priua.l.iij.§.ſi quis

ab auctore. Item vt ſupra pro empt. l. ij. §. ſi defunctus. Item vt. ſ. quæ in frau. credi. l. qui à debitore. & plene no. eo. l. quod ipſis. A

a *plerumque.* Hæc regula eſt expoſita ſupra eodem. l. nemo plus iuris. ſed & poteſt poni ſupra pro emp. l. ij. §. emptori. Plerumq; autem ideo dicit, quia ſi emptor habeat malã fidem, non vſucapit: licet auctor bonam fidem habuerit: vt ſupra pro emp. l. ij. §. ſi eã rem. Itẽ quod dicit defendẽdum, dic vt. C. de euic. l. emptori. & fa. ſ. de acquir. rerum domi. l. traditio.

b *Quod cuique.* Dic vt ſupra eodem. l. inuito. Sed op. priuilegiũ ſportularum minorum datur etiam clericis inuitis, cũ præcipiatur executoribus vt non accipiant: & ſic ſuo priuilegio non poſſunt renuntiare: vt. C. de epiſ. & cle. l. omnes qui. §. executoribus. &. C. de ſpor. l. omnibus. ſed dicas quòd dare poſſunt, ſed illi non accipere. & ſic honeſtè datur, non honeſtè accipitur. ecõtra eſt in meretrice, quę honeſtè accipit, ex quo eſt meretrix, ſed turpiter datur: vt ſupra de cõdic. ob tur. cau. l. idẽ eſt. §. ſed quod meretrici. Accurſius.

in cuius locum ſucceſſit. Plerumque[a] emptoris eadem cauſa eſſe debet circa petendum ac defendendum, quæ fuit auctoris.

Quod cuique[b] pro eo præſtatur: inuito non tribuitur.

CXCIX. IDEM *libro ſeptuagenſimo primo ad Edictum.* 157

AD ea[c] quæ non habent atrocitatem facinoris vel ſceleris, ignoſcitur ſeruis, ſi vel dominis, vel his qui vice dominorum ſunt, veluti tutoribus & curatoribus, obtemperauerint. B

Semper[d] qui dolo fecit quo minus haberet, pro eo habendus eſt ac ſi haberet. In contractibus[e] ſucceſſores ex dolo eorum quibus ſucceſſerunt, non tantùm in id quod peruenit, verumetiam in ſolidum tenentur: hoc eſt, vnuſquiſque pro ea parte qua heres eſt.[f]

CC. IAVOLENVS *libro ſeptimo Epiſtularum.*

c *AD ea.* Si ſeru⁹ domino iubẽte delinquat: ſi quidem in atrocibus ei paruerit: licet non excuſetur, minus tamen punitur: vt. C. ad. l. Iul. de vi. l. ſeruos. ſin autem in non atrocibus, nullum eſt ſerui delictum: & ſic non tenetur: vt ſupra de act. & oblig. l. ſeruus. & hoc etiã dicitur de his in Apoſtolo: Serui eſtote ſubditi dominis veſtris, non tantum bonis & modeſtis: ſed etiam dyſcolis, id eſt diſcordãtibus à fide catholica. Sed quæ ſunt atrociora? videtur quòd illa quæ deſcendunt à lege. xij. tabu. vt. ſ. de noxa. l. ij. §. j. ſed illud ꝑ Iul. poſtea ibi corrigitur. vnde dic, modicæ rei furtum, item modicum dãnum dicuntur non atrociora. at magnæ rei furtum, ſiue damnum, item homicidia, adulteria, & omnia capitalia crimina dicuntur atrociora: vt. ſ. de incen. rui. nau. l. Pedius. §. j. Ab. Pone etiam exemplum de non attroci, vt. ſ. de his qui no. infa. l. liberorum. §. fin. & fa. ſ. eo. l. is damnum. &. ſ. re. amo. l. ſi mulier. §. ſi ſeruus. Acc. C

d *Semper.* dic vt. ſ. e. l. qui dolo. &. l. parẽ. Sed ar. cõtra. ſ. ſi quis omiſ. cauſa teſt. l. iij. in fi. item quod dicit, habendus &c. ſed non omnino: quia alter directa, alter vtili tenetur: vt ſupra de noxa. l. electio. §. ſi is quem.

e *In contractibus.* Pone vt ſupra eo. l. hoc iure. §. fin. Sed contra inſti. de perpe. & tempo. ac. §. aliquando. vbi non tenetur heres ex dolo defuncti, ſed ibi dedit cauſam contractui: hic fuit incidens. Item quod dicit heredes teneri pro hereditaria parte: fallit quãdoque. Primo, ſi habet vnus heredum facultatem totius rei reſtituendæ: vt ſupra commo. l. iij. §. heres. Secundo. cum agitur ex pollicitatione: vt ſupra de pollicita. l. ex pollicitatione. Tertio, pro funeris impenſa: vt. C. de relig. l. veluti. Quarto, in alimẽtis: vt ſupra de ali le. l. iij. Quinto quando ab vno heredum maritus legauit vxori animo compenſandi quæ in dotem ab ea habebat: ſi ipſa non legatum, ſed dotem vult: ille ſolus cõuenietur: vt ſupra de leg. j. l. cum ab vno. Sexto, in illis caſibus in quibus tenẽtur heredes in ſolidum: vt ſupra depoſi. l. ſi duo. & de verb. ob. l. ij. §. j. Accurſius. D

f *Conueniatur.* aliàs condemnetur aliàs partiatur.

g *QVotiens.* Sine captione, id eſt iniquitate. & pone ſi impuberi moueatur quæſtio ſtatus, malum eſt præcipitari, & ſic ſine firmo conſilio conſtitutum in alienam ſeruitutem redigi. & econtra malum eſt eum mitti in bonorum poſſeſſionem: & aliqua forte aliena apparebunt: ſed hoc eſt minus malum, & ſic eligendum: vt ſupra de Car. edi. l. iij. §. duæ autem. & C. de Car. edi. l. ij. & hoc fiet ex Carbon. ſi fiat quæſtio ſtatus & bonorum. ſed ſi ſtatus tãtum, tunc ex conſtitutionibus: vt ſupra de Carb. edi. l. iij. §. j. Vel pone: mãdaſti mihi vt tibi emerem Stichum, quem ignorabas furem. hic fecit mihi furtum. iniquum eſt teneri te vltra quàm ſeruus ualeat, vt inſtitu. de noxa. §. ſumma. econtra iniquius eſt officium meum mihi eſſe dãnoſum: ideo que mihi in ſolidum teneris: vt ſupra de fur. l. ſi ſeruus. §. quod vero ad mandati. ſed & poteſt poni vbicunque dicitur quòd aliquid eſt æquius æquo, vel iniquius iniquo: vt ſupra depoſi. l. bona fides. & C. de proc. l. exigendi. & de pac. conuen. l. hac generali. &. ſ. de vulg. ſubſti. l. filius qui patri. & de do. excep. l. ſi procurator. & de offi. proconſul. l. obſeruare. §. ij. &. l. nec quicquã. §. ſane. & facit in auth. q. mo. na. effi. ſui. circa princip.

† No. quòd in obſcuris ſemper eſt interpꝛatio facienda vt nulli ſit captioſa & oneroſa. concor in. c. cũ dilectus extra. de conſue in. c. cũ olim. eo. tit.

QVotiens[g] † nihil ſine captione inueſtigari poteſt: eligendum eſt quod minimum habeat iniquitatis.

CCI. IDEM *libro decimo Epiſtularum.*

OMnia[h] quæ ex teſtamento proficiſcuntur: ita ſtatum euentus capiunt, ſi initium quoque ſine vitio ceperint.

